D αὐτοῦ ἐπαγόμεναι. καὶ αἱ μὲν ἄλλαι σιωπῶσαι ἐδάκρυον, ἡ δὲ Οὐετουρίνα "οὐκ ηὐτομολήκαμεν" ἔφη "τέκνον, ἀλλ᾽ ἡ πατρὶς ἡμᾶς ἔπεμψέ σοι· εἰ μὲν πείθοιο, μητέρα καὶ γυναῖκα καὶ τέκνα, εἰ δὲ μή, λάφυρα. καὶ εἰ καὶ νῦν ἔτι ὀργίζῃ, πρώτας ἡμᾶς ἀπόκτεινον. καταλλάγηθι καὶ μηκέτι ὀργίζου τοῖς πολίταις τοῖς φίλοις τοῖς ἱεροῖς τοῖς τάφοις, μηδὲ ἐκπολιορκήσῃς τὴν πατρίδα ἐν ᾗ ἐγεννήθης καὶ ἐτράφης καὶ τὸ μέγα τοῦτο ὄνομα Κοριολάνος ἐγένου. μή με ἄπρακτον ἀποπέμψῃς, ἵνα μὴ καὶ νεκράν με αὐτοχειρίᾳ θεάσῃ." ἐπὶ τούτοις ἀνέκλαυσε, καὶ τοὺς μαστοὺς προ-

3 οὐολίσκοις C. 5 ὁ δὲ περιθύμως — 8 στασιάζειν ἐξίσταντο Dionis excerptum Vaticanum 16. 9 αἱ δὲ γυναῖκες — 20 αὐτοχειρίᾳ θεάσῃ Dionis exc. Vat. 17. δὲ ABCW, τε P Dionis exc. οὐολουμνία BC, Οὐολομνία PW: Dionis exc. Βουλουμνία. 10 et 13 οὐετουρρίνα BC: Dionis exc. Βετουρία. 11 παιδία ABC Dionis exc., παιδάρια PW. 12 αὐτοῦ] αὐτῶν A. 14 πείθοιο A Dionis exc., πύθοιο PW. 17 ἐκπολιορκήσῃς A Dionis exc., ἐκπολιορκήσεις PW. 18 Κοριόλαις Dionis exc. 19 μή με AB, Μήτε PW. καὶ add AB Dionis exc. 20 ἐπὶ τούτοις — p. 61 v. 12 ἀπήλλαξεν Dionis excerptum Vaticanum 18.

sent opem. nam cum senatus Coriolano reditum decrevisset ac legatos ad eum propterea misisset, et ille ut agri superioribus bellis adempti Volscis redderentur postulasset, multitudine de agris non assensa rursus alia legatio mittitur. quam ille iracunde tulit, quod qui de suis agris periclitarentur ne sic quidem cederent alienis. quibus nuntiatis cum nihil moverentur, neque vel periculis admoniti a seditione recederent viri, matronae, Coriolani uxor Volumnia et mater Veturia, clarissimis quibusque mulieribus assumptis in castra hostium sunt profectae, liberis etiam Coriolani adductis. caeteris autem tacite plorantibus Veturia "non transfugimus" inquit "fili, sed nos patria misit: si parueris, matrem uxorem et liberos; sin minus, praedam. quod si tua nondum desaeviit iracundia, nos primas occidito. reconciliare omissa ira civibus, amicis, sacris, monumentis. noli exscindere patriam, in qua natus es et educatus et magnum illud Coriolani cognomentum adeptus. ne me voti impotem dimiseris, ne meis manibus interfectam me videas." his dictis sin-

δείξασα τῆς τε γαστρὸς ἁψαμένη "αὕτη σε ἔτεκεν" ἔφη "τέκνον, P I 344
οὗτοί σε ἐξέθρεψαν." ἡ μὲν εἶπε ταῦτα, ἡ δὲ γαμετὴ αὐτοῦ καὶ
τὰ παιδία καὶ αἱ ἄλλαι γυναῖκες συνεθρήνησαν, ὥστε κἀκεῖνον
εἰς πένθος κινῆσαι. μόλις δ' ἀνενεγκὼν περιέπλεξε τὴν μητέρα,
καὶ φιλῶν ἅμα "ἴδε" ἔφη "μῆτερ, πείθομαί σοι· σὺ γάρ με νικᾷς. καὶ σοὶ ταύτην τὴν χάριν πάντες ἐχέτωσαν· ἐγὼ γὰρ οὐδὲ
ἰδεῖν αὐτοὺς ὑπομένω οἳ τηλικαῦτα παρ' ἐμοῦ εὐεργετηθέντες τοιαῦτά μοι ἀνταπέδωκαν, οὐδ' ἀφίξομαι εἰς τὴν πόλιν· ἀλλὰ σὺ
μὲν ἀντ' ἐμοῦ τὴν πατρίδα ἔχε, ὅτι τοῦτο ἠθέλησας, ἐγὼ δὲ
ἀπαλλαγήσομαι." ταῦτα εἰπὼν ἀπανέστη· καὶ οὐδὲ τὴν κάθοδον
κατεδέξατο, ἀναχωρήσας δὲ εἰς τοὺς Οὐολούσκους ἐκεῖ γηράσας B
ἀπήλλαξεν.

17. Οἱ δὲ δήμαρχοι χώραν ἐκ πολεμίων προσκτηθεῖσαν
Ῥωμαίοις ἀπῄτουν διανεμηθῆναι τῷ πλήθει· ὅθεν πρὸς ἀλλήλων
τε καὶ πρὸς τῶν πολεμίων πολλὰ ἐκακώθησαν. οἱ γὰρ δυνατοὶ
μὴ ἄλλως κατέχειν αὐτοὺς δυνάμενοι, πολέμους ἐκ πολέμων ἐξεπίτηδες ἐκίνουν, ἵν' αὐτοῖς ἀσχολούμενοι μηδὲν περὶ τῆς γῆς πολυπραγμονῶσι. χρόνῳ δέ ποτε ὑποτοπήσαντές τινες τὸ πραττόμενον, οὐκ εἴων καὶ ἄμφω τοὺς ὑπάτους ἢ στρατηγοὺς ὑπὸ τῶν
δυνατῶν ἀποδείκνυσθαι, ἀλλ' ἤθελον καὶ αὐτοὶ τὸν ἕτερον ἐκ
τῶν εὐπατριδῶν αἱρεῖσθαι. ὡς δὲ τοῦτο κατειργάσαντο, προει- C

1 τε om B. ἔτεκεν ὦ τέκνον ἔφη B. 2 ἡ δὲ γαμετὴ A, Ἡ γαμετὴ δὲ PW. 3 παιδία AB Dionis exc., παιδάρια PW. 6 πάντες ταύτην τὴν χάριν A. 15 οἱ γὰρ δυνατοὶ — 18 πολυπραγμονῶσι Dionis excerptum Vaticanum 20. 17 αὐτοὺς C. 18 τινες om A.

Fontes. *Cap.* 17. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerpta Vaticana* 20—23 p. 150 sq., *Peircsciana* 26 27, *Ursinianum* 140.

lans et mammis ostensis et ventre attrectato "hic te genuit" inquit, "hae te lactaverunt." deinde ab uxore et liberis eius caeterisque mulieribus fletu orto ille quoque ad luctum commotus et vix sibi redditus matrem amplectitur, et inter oscula "en tibi" inquit "mater pareo. tu enim me vincis: tibi gratiam istam debebunt omnes. ego vero ab eorum etiam conspectu abhorreo, qui pro tantis beneficiis talem mihi gratiam rettulerunt. verum tu meo loco patriam teneto, quando ita voluisti: ego recedam." haec locutus repudiato in patriam reditu in Volscos recessit ibique senex obiit.

17. Tribunis plebis agrum hostibus ademptum populo dividi postulantibus Romani et inter sese et ab hostibus multa detrimenta ceperunt. nam divites cum plebem aliter continere non possent, bella ex bellis de industria severunt, ut iis occupati legis agrariae obliviscerentur. quo consilio tandem a nonnullis animadverso, non passi sunt utrumque consulem sive praetorem a patriciis designari, sed et ipsi alterum ex pa-

λαντο Σπούριον Φούριον, καὶ μετ᾽ ἐκείνου στρατευσάμεναι πάντα ἐφ᾽ ὅσα ὥρμησαν προθύμως κατέπραξαν. οἱ δὲ τῷ συνάρχοντι αὐτοῦ Φαβίῳ Καίσωνι συνεξελθόντες οὐ μόνον οὐκ ἐρρώσθησαν, ἀλλὰ καὶ τὸ στρατόπεδον ἐκλιπόντες εἰς τὴν πόλιν ἦλθον καὶ ἐθορύβουν, ἕως οἱ Τυρσηνοὶ τοῦτο μαθόντες ἐπεχείρησαν αὐτοῖς. καὶ τότε μέντοι οὐ πρότερον ἐξῆλθον τῆς πόλεως πρὶν τῶν δημάρχων τινὰς συμφρονῆσαι τοῖς δυνατοῖς. ἠγωνίσαντο δὲ προθύμως, καὶ πολλοὺς μὲν τῶν πολεμίων διέφθειραν, συχνοὶ δὲ καὶ αὐτῶν ἀπέθανον· ἔπεσε δὲ καὶ ὁ εἷς τῶν ὑπάτων ὁ Μάλιος. ὁ δὲ ὅμιλος στρατηγὸν τὸ τρίτον τὸν Μάλιον εἵλετο.

D Καὶ πόλεμος αὖθις αὐτοῖς ἐπενήνεκτο πρὸς τῶν Τυρσηνῶν· ἀθυμοῦσι δὲ Ῥωμαίοις καὶ ἀποροῦσι πῶς τοῖς ἐχθροῖς ἀντικαταστῶσιν, οἱ Φάβιοι ἐπεκούρησαν. ἓξ γὰρ ὄντες καὶ τριακόσιοι, ὡς ἀθυμοῦντας εἶδον αὐτοὺς καὶ μήτε τι βουλευομένους λυσιτελὲς καὶ ἀπογινώσκοντας ἅπαντα, τὸν πρὸς τοὺς Τυρσηνοὺς ὑπεδέξαντο πόλεμον αὐτοὶ δι᾽ ἑαυτῶν προθυμηθέντες μαχέσασθαι καὶ τοῖς σώμασι καὶ τοῖς χρήμασι. καί τι χωρίον καταλαβόντες ἐπίκαιρον ἐτειχίσαντο, ὅθεν ὁρμώμενοι πάντα τὰ τῶν πολεμίων ἦγον, τῶν Τυρσηνῶν μηδὲ ἐς χεῖρας αὐτοῖς ἰέναι θαρρούντων, εἰ δὲ καί ποτε συμμίξειαν, ἐλαττουμένων παρὰ πολύ. προσλαβόμενοι δὲ
P I 345 καὶ συμμάχους οἱ Τυρσηνοὶ ἐν ὑλώδει χωρίῳ ἐλόχησαν, καὶ ἀφυ-

1 φρούριον AB. "Φρούριον tres mss Regii habent" Ducangius. 9 "ὁ Μάλιος] sic tres mss Regii" Ducangius. infra Μάλλιος. 10 τὸ τρίτον τὸν Μάλιον ABCW cum codice Colbert. et uno ex Regiis Ducangii: ἕτερον P ex duobus Regiis. Μάλιον aut auctoris errore aut librarii pro Φάβιον. Dionysius Halicarnassensis 9 14 p. 1774 ed. Reisk. ἀποδείκνυται Καίσων Φάβιος... τὸ τρίτον ὕπατος. 13 Φάβιοι] Dionis exc. Vatic. 21, Peiresc. 26. 19 δὲ om C. 20 ποτε] τότε C.

triciis eligere voluerunt. eo impetrato Spurium Furium elegerunt: quo duce omnia quae aggressi sunt, sedulo confecerunt. sed qui cum eius collega Caesone Fabio exierant, adeo se viros fortes non praebuerunt, ut castris relictis in urbem reversi tumultum excitarint: donec Tyrrheni ea re cognita illos invaserunt. ac ne tum quidem prius sunt egressi quam tribuni quidam patriciis assensi essent. tum vero strenue pugnarunt: ac multis hostibus caesis, ipsorum quoque non pauci ceciderunt. cecidit etiam alter consul Manlius. quo facto Manlius [Fabius] a plebe tertium praetor creatus est.

Orto rursus a Tyrrhenis bello Fabii Romanis, quomodo resisti posset hostibus, sollicitis opem tulerunt. qui sex et trecenti numero, quia populum anxium, nihil quod in rem esset deliberantem, ac desperantem omnia videbant, Tyrrhenum bellum suis et corporibus et sumptibus gerendum sibi depoposcerunt; et opportuno loco praesidium communierunt, unde infesta hostium omnia fecerunt, Tyrrhenis acie deserere aut non audentibus aut, si ausi essent, turpiter profligatis. sed

λάκτους ἐπελθόντας αὐτοῖς τοὺς Φαβίους, ὑπὸ τοῦ πάντα νικᾶν, περιεστοίχισαν καὶ πάντας ἐφόνευσαν. καὶ παντελῶς τὸ γένος αὐτῶν ἐξέλιπεν ἄν, εἰ μὴ εἷς τις οἴκοι κατελείφθη διὰ νεότητα, ἀφ᾽ οὗπερ αὖθις εἰσέπειτα ἤνθησάν.

Τῶν δὲ Φαβίων οὕτω φθαρέντων οἱ Ῥωμαῖοι μάλα παρὰ τῶν Τυρσηνῶν ἐκακώθησαν. εἶτα πρὸς μὲν τοὺς πολεμίους σπον- W II 26
δὰς ἐποιήσαντο, τραπόμενοι δ᾽ ἐπ᾽ ἀλλήλους ἔπραξαν πολλὰ καὶ δεινά, ὡς μηδὲ τῶν στρατηγῶν ἀποσχέσθαι τὸ πλῆθος. τούς τε γὰρ ὑπηρέτας αὐτῶν ἔπαιον καὶ τὰς ῥάβδους κατέκλων, αὐτούς τε τοὺς στρατηγοὺς ὑπ᾽ εὐθύνην ἦγον ἐπὶ πάσῃ προφάσει καὶ μεί- B
ζονι καὶ ἐλάττονι. Ἄππιον οὖν Κλαύδιον καὶ παρ᾽ αὐτὴν τὴν ἀρχὴν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐμβαλεῖν ἐβουλεύσαντο, ὅτι τε αὐτοῖς ἐναντιοῦτο εἰς ἅπαντα, καὶ ὅτι τοὺς συστρατευσαμένους αὐτῷ ἐδεκάτευσεν ἐπειδὴ τοῖς Οὐολούσκοις ἐν μάχῃ ἐνέδοσαν. ἡ δεκάτευσις δὲ τοιόνδε τι ἦν. ὅτε τι οἱ στρατιῶται μέγα ἡμάρτοσαν, ὁ στρατηγὸς εἰς δεκάδας αὐτοὺς ἀριθμῶν, ἵνα λαβὼν ἐξ ἑκάστης δεκάδος τὸν κλήρῳ λαχόντα θανάτῳ ἐκόλαζεν. ἀπελθόντα δ᾽ ἐκ τῆς ἀρχῆς τὸν Κλαύδιον εὐθὺς οἱ τοῦ πλήθους εἰς ἀγῶνα κατέστησαν, καὶ οὐ κατεψηφίσαντο μέν, τὴν ψῆφον δὲ ὑπερθέμενοι C
ἐς ἀνάγκην αὐτὸν αὐτοχειρίας κατέστησαν. καί τινες δὲ τῶν δημάρχων ἄλλα τε κατὰ τῶν εὐπατριδῶν συνέγραψαν, καὶ τὸ ἐξεῖναι τῷ πλήθει καὶ καθ᾽ ἑαυτὸ συνιέναι καὶ ἄνευ ἐκείνων βουλεύεσθαι

1 ἐπελθόντες C. 2 περιεστοίχησαν A. 3 κατελήφθη C. 7 τρεπόμενοι A. δὲ C. καὶ add AB. 13 συστρατευομένους A. 14 δεκάτεσις B. 15 ἡμάρτησαν A. 16 λαμβάνων A. 20 αὐτοχειριαν, ν littera recens addita, B. 22 βουλεύσασθαι A.

sociis adscitis, et insidiis in saltu quodam collocatis, Fabios ob crebras victorias incautos circumvenerunt et occiderunt omnes. atque eorum gens internecione periisset, nisi unus ob teneriorem aetatem domi relictus fuisset; a quo instaurata deinceps quoque floruit.

Fabiis sic deletis Romani a Tyrrhenis graviter vexabantur. postea pace cum hostibus facta in semetipsos conversi mutuis se cladibus affecerunt, nec ipsis praetoribus multitudo abstinuit. nam et ministros eorum verberarunt et fasces confregerunt et ipsos praetores per quamvis causam, sive magna ea sive parva esset, reos fecerunt. Appium Claudium in ipso etiam magistratu in carcerem ducere voluerunt, quod is, populi in omnibus adversator, legiones suas decimarat quod Volscis in praelio cessissent. decimatio vero huiusmodi fuit. cum milites graviter deliquerant, imperator omnibus in decurias distributis decimum quemque cui sors obvenerat occidebat. Appio, deposito magistratu, plebeii statim diem dixerunt: nec damnarunt tamen, sed die producta in eam necessitatem adegerunt ut ipse sibi manus afferret. ad haec quidam tribuni plebis cum alia contra patricios scripserunt, tum illud, ut populo

[redacted]

καὶ χρηματίζειν πάνθ᾽ ὅσα ἂν ἐθελήσῃ. κἄν τις ἐπ᾽ αἰτίᾳ τινὶ παρὰ τῶν στρατηγῶν προστιμωρηθῇ, ἔκκλητον ἐπὶ τούτοις τὸν δῆμον δικάζειν ἔταξαν. καὶ τοὺς ἀγορανόμους δὲ καὶ τοὺς δημάρχους ἐπηύξησαν, ἵνα πλείστους τοὺς αὐτῶν προϊσταμένους ἔχωσι.

Πραττομένων δὲ τούτων οἱ εὐπατρίδαι φανερῶς μὲν οὐ πάνυ
D ἀντέπραττον πλὴν βραχέων, λάθρα δὲ συχνοὺς τῶν θρασυτάτων ἐφόνευον. ἀλλ᾽ οὔτε τοῦτο τοὺς λοιποὺς ἐπέσχεν, οὐδ᾽ ὅτι ποτὲ ἐννέα δήμαρχοι πυρὶ ὑπὸ τοῦ δήμου ἐδόθησαν. οὐ μόνον γὰρ οἱ μετὰ ταῦτα δημαρχοῦντες οὐκ ἠμβλύνοντο, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐθρασύνοντο. εἰς τοῦτο ὑπὸ τῶν εὐπατριδῶν προήχθη ὁ ὅμιλος. οὔτε γὰρ στρατεύειν ἐπείθοντο πολέμων ἐπικειμένων εἰ μὴ ὧν ὠρέγοντο ἔτυχον, καὶ εἴ ποτε δ᾽ ἐξῆλθον, ἀπροθύμως ἐμάχοντο, εἰ μὴ πάνθ᾽ ὅσα ἐβούλοντο ἤνυσαν. κἀντεῦθεν πολλοὶ τῶν προσοίκων αὐτοῖς, τῇ ἐκείνων διχοστασίᾳ ἢ τῇ ἑαυτῶν θαρροῦντες ἰσχύϊ, ἐνεωτέρισαν. ὧν ἦσαν καὶ Αἴκουοι, οἳ Μάρκον Μινούκιον στρατηγοῦντα τότε νικήσαντες ἐφρονηματίσθησαν. μαθόντες δὲ τὸν Μινούκιον ἡττημένον οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ δικτάτορα Λούκιον Κυΐντιον εἵλοντο, πένητα μὲν ἄνδρα καὶ γεωργίᾳ συνεζηκότα,

(P I 346 in the margin beside the line beginning "κιον στρατηγοῦντα")

2 προστιμωρηθῇ B, προστιμωθῇ PW. 6 Πραττομένων — 11 ἐθρασύνοντο Dionis excerptum Vaticanum 22. 7 θρασυτέρων B: Dionis exc. θρασυτάτων. 9 ὑπὸ τοῦ δήμου πυρὶ A. ἐδόθησαν AB Dionis exc., παρεδόθησαν PW. 11 εἰς τοῦτο — 16 ἐνεωτέρισαν Dionis excerptum Vaticanum 23. 12 πολεμίων A. 16 Αἴκουοι — 17 ἐφρονηματίσθησαν Dionis excerptum Ursinianum 140. 18 μαθόντες δὲ — p. 65 v. 2 ὠνόμαστο Dionis excerptum Peiresciaum 27.

per se inire concilium et absque illis deliberare liceret et suo arbitratu decernere omnia. quod si quis ob crimen aliquod a praetoribus multetur, ei provocationem esse ad populum. aediliumque et tribunorum potestatem ampliarunt, ut quam plurimos patronos haberent.

Quae cum agerentur, patricii aperte non nisi in paucis adversabantur, clam vero multos ex audacissimis tollebant, sed nec id caeteros coërcebat, nec illud, quod semel novem tribuni a populo cremati sunt. quorum exemplo insecuti tribuni adeo non facti sunt moderatiores, ut magis etiam saevierint. eo plebes a patriciis est redacta. nam bellis exortis militare noluerunt nisi optatis eorum satisfieret, aut egressi pugnarunt segniter, nisi quae voluissent omnia impetrassent. unde multi ex finitimis non tam suis freti viribus quam illorum dissensionibus bella moverunt. quorum e numero Aequi M. Minucio praetore victo animos sustulerunt. qua clade cognita Romani dictatorem dixerunt Lucium Quintium, pauperem illum quidem et agriculturae deditum sed virtute et temperantia praestantem: quamquam comam in cincinnos implexam

ἐς ἀρετὴν δὲ καὶ σωφροσύνην διαπρεπῆ, καίτοι τὰς κόμας ἐς πλοκάμους ἀνιέντα, ὅθεν καὶ Κικινάτος ὠνόμαστο. οἷοι νῦν πολλοὶ περὶ τὰ βασίλεια· ἐκεῖθεν δὲ τοῦ κακοῦ παρεισφθαρέντος εἰς τὸ πολίτευμα, καὶ ἁπανταχοῦ κικινάτους ἔστιν ὁρᾶν. οὗτος οὖν δικτάτωρ προχειρισθείς, καὶ ἀνθημερὸν ἐκστρατεύσας, καὶ τάχει σὺν ἀσφαλείᾳ χρησάμενος, καὶ τοῖς Αἰκουοῖς προσβαλὼν μετὰ τοῦ Μινουκίου, πλείστους μὲν διέφθειρε, τοὺς δ' ἄλλους ἐζώγρησεν· οὓς ὑπὸ ζυγὸν διαγαγὼν ἀφῆκεν. ἡ δὲ πρᾶξις ἡ τοῦ B ζυγοῦ τοιάδε τις ἦν. σταυροὺς δύο, ὄρθια δηλαδὴ ξύλα διέχοντα ἀλλήλων, εἰς τὴν γῆν κατεπήγνυον, καὶ αὐτοῖς ἐπετίθουν ἐγκάρσιον ἕτερον, καὶ διὰ μέσου τούτων τοὺς ἁλόντας διῆγον γυμνούς· ὃ τοῖς μὲν δρῶσι λαμπρότητα, πολλὴν δ' ἀτιμίαν τοῖς πάσχουσιν ἔφερεν, ὥστε τινὰς τοῦ τοιοῦτόν τι παθεῖν προαιρεῖσθαι θανεῖν. καὶ πόλιν δὲ αὐτῶν Κορουῖνον καλουμένην ἑλὼν ἐπανῆλθε, καὶ τὸν Μινούκιον διὰ τὴν ἧτταν τὴν στρατηγίαν ἀφείλετο, καὶ αὐτὸς ἀπέθετο τὴν ἀρχήν.

18. Οἱ μέντοι Ῥωμαῖοι οἰκεῖον ἐσχήκασι πόλεμον, ὃς ἐκ C δούλων συνέστη καὶ φυγάδων τινῶν, οἳ νυκτὸς ἐπελθόντες ἐξαπιναίως τοῦ Καπιτωλίου ἐκράτησαν. ὁ δ' ὅμιλος καὶ τότε οὐ πρότερον ἐν τοῖς ὅπλοις ἐγένετο πρίν τι πλέον σχεῖν τῶν εὐπατριδῶν.

1 ἐς ἀρετῇ δὲ καὶ σωφροσύνῃ C. καίτοι etiam exc. Peiresc., quamvis quae sequitur sententia videatur Zonarae esse. 2 Κικινάτος Dionis exc. 7 τοῦ om A. 8 ἡ alterum om A. 10 ἐτίθουν A. 14 Κορβιῶνα Dionysius Halicarnassensis, *Corbionem* Livius. 18 ἐπεξελθόντες B.

Fontes. *Cap.* 18. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: excerptum Vaticanum* 23 *p.* 153.

habebat, unde Cincinnatus est appellatus. cuiusmodi nunc multi in regia versantur; eoque malo in rem publicam invecto cincinnatos ubique videre licet. is igitur dictator creatus, eodem die ducto exercitu, celeritate citra temeritatem usus, una cum Minucio impetu in Aequos facto plurimos occidit, caeteros vivos cepit ac sub iugum missos dimisit. quae res huiusmodi erat. duo recta ligna terra defigebantur, quibus unum obliquum superne imponebatur: per haec media captivi nudi traducebantur. quod victoribus magnae gloriae, victis tanto dedecori erat, ut quidam ei ignominiae mortem anteferrent. Corvino [Corbione] oppido capto, et Minucio ob cladem praetura abrogata, domum rediit atque ipse etiam se magistratu abdicavit.

18. Deinde Romani domestico bello sunt conflictati a servis et exsulibus conflato, qui noctu subita impressione Capitolium occuparunt. sed plebs tum quoque non prius arma cepit quam a patriciis

[redacted]

W II 27 ἐπελθόντες δέ γε τοῖς στασιάσασιν ἐκράτησαν μὲν αὐτῶν, πολλοὺς δὲ τῶν σφετέρων ἀπέβαλον.

Διὰ ταῦτα τοίνυν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ διά τινα σημεῖα εὐλαβηθέντες τῶν τε πρὸς ἀλλήλους ἀπηλλάγησαν ἐγκλημάτων καὶ τὴν πολιτείαν ἰσωτέραν ποιήσασθαι ἐψηφίσαντο. καὶ τρεῖς ἄνδρας εἰς τὴν Ἑλλάδα διὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ παρ' ἐκείνοις ἔθη πε-
D πόμφασι. καὶ κομισθέντων αὐτῶν τάς τε ἄλλας ἀρχὰς καὶ τὰς τῶν δημάρχων κατέλυσαν, καὶ ἄνδρας ὀκτὼ ἐκ τῶν πρώτων ἀνθείλοντο, καὶ Ἄππιον Κλαύδιον Τίτον τε Γενούκιον ἀπέδειξαν κατὰ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον στρατηγοὺς αὐτοκράτορας. καὶ νόμους αὐτοῖς συγγράψαι ἐπέτρεψαν, μηδεμίαν τε δίκην ἐφέσιμον ἀπ' αὐτῶν γενέσθαι προσεψηφίσαντο· ὃ πρώην οὐδενὶ τῶν ἀρχόντων πλὴν τῶν δικτατόρων ἐδέδοτο. ἦρξάν τε οὗτοι ἐφ' ἡμέραν ἕκαστος, ἐναλλὰξ τὸ πρόσχημα τῆς ἡγεμονίας λαμβάνοντες. καὶ νόμους συγγράψαντες εἰς τὴν ἀγορὰν ἐξέθηκαν· οἳ ἐπεὶ πᾶσιν ἤρεσαν, ἐς τὸν δῆμον εἰσήχθησαν, καὶ κυρωθέντες σανίσιν ἐνε-
P I 347 γράφησαν δέκα· ὅσα γὰρ φυλακῆς ἐκρίθησαν ἄξια, ἐν σανιδίοις ἐθησαυρίζοντο.

Ἐκεῖνοι μὲν οὖν τὸν ἐνιαυτὸν ἀνύσαντες ἀφῆκαν τὴν ἀρχήν, ἕτεροι δ' αὖθις αἱρεθέντες δέκα ὥσπερ ἐπὶ καταλύσει τῆς πολιτείας χειροτονηθέντες ἐξώκειλαν. πάντες γὰρ ἅμα ἀπὸ τῆς ἴσης ἦρχον, καὶ νεανίσκους ἐκ τῶν εὐπατριδῶν θρασυτάτους ἐκλεξάμενοι πολλὰ δι' αὐτῶν ἐποίουν καὶ βίαια· ὀψὲ δέ ποτε ἐπ' ἐξόδῳ

5 ἰσωτέραν A, ἰσοτέραν PW. 11 ἀφέσιμον A.

aliquid impetrasset. ac seditiosos quidem oppresserunt, sed multos suorum amiserunt.

His igitur de causis Romani, et prodigiis quibusdam impulsi, omissis mutuis criminationibus rem publicam aequabiliorem efficere decreverunt. ac tres viros in Graeciam ad illorum leges et instituta cognoscenda ablegarunt. quibus allatis tribunatum et reliquos magistratus abrogarunt, eorumque loco viros octo principes delegerunt; illoque anno Appium Claudium et Titum Genucium praetores cum summo imperio crearunt. his potestatem condendi leges dederunt, cum appendice, ne ab eis provocatio esset: id quod prius non nisi dictatoribus concessum fuit. hi per vices imperarunt, singuli in dies singulos magistratus insignibus ornati; et leges a se conscriptas in foro proposuerunt. quas cum omnibus probassent, ad populum tulerunt, sancitasque in decem tabulas rettulerunt. quae enim digna custodia iudicabant, in tabellis asservabant.

Atque illi anno exacto magistratu abierunt: quibus alii decem cum successissent, ita se gesserunt, quasi evertendae rei publicae causa delecti essent. omnes enim simul ex aequo imperabant, adscitisque nobilium adolescentum audacissimis per vim multa agebant: ac sero tandem sub anni fere finem pauca quaedam in duabus tabulis adscripserunt,

τοῦ ἔτους ὀλίγα ἄττα ἐν δύο σανίσι προσέγραψαν, ἐς πάντα δὴ αὐτογνωμονήσαντες. ἀφ᾽ ὧν οὐχ ὁμόνοια ἀλλὰ καὶ διαφοραὶ μείζους Ῥωμαίοις γενήσεσθαι ἔμελλον.

Αἱ μὲν οὖν λεγόμεναι δώδεκα δέλτοι οὕτως τότε ἐγένοντο· B
οἱ δὲ νομοθέται ἐκεῖνοι οὐ μόνον ταῦτ᾽ ἔπραξαν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς διελθόντος ἔτι τοῖς πράγμασιν ἐνέμειναν, βίᾳ τὴν πόλιν κατέχοντες, καὶ μηδὲ τὴν βουλὴν ἢ τὸν δῆμον ἀθροίζοντες, ἵνα μὴ συνελθόντες παύσωσιν αὐτούς: Αἰκουῶν δὲ καὶ Σαβίνων πόλεμον αἰρομένων κατὰ Ῥωμαίων, τότε τοὺς ἐπιτηδείους αὐτοῖς παρασκευάσαντες διεπράξαντο σφίσι τοὺς πολέμους ἐπιτραπῆναι. ἐκ γοῦν τῆς δεκαρχίας αὐτῶν Σερούϊος μὲν Ὄππιος καὶ Ἄππιος Κλαύδιος κατὰ χώραν ἔμειναν, οἱ δὲ ὀκτὼ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐστράτευσαν.

Πάντα μέντοι ἁπλῶς καὶ τὰ ἐν τῷ ἄστει καὶ τὰ ἐν τοῖς C
στρατοπέδοις τετάρακτο, κἀντεῦθεν στάσις αὖθις συνηνέχθη. ἐμβαλόντες γὰρ εἰς τὴν τῶν Σαβίνων γῆν οἱ στρατίαρχοι, Λούκιόν τινα Σίκιον, ἄκρον τε τὰ πολέμια καὶ ἐν τοῖς πρώτοις τοῦ ὁμίλου καταριθμούμενον, μεθ᾽ ἑτέρων ὥς τι χωρίον καταληψόμενον ἔπεμψαν, καὶ διὰ τῶν συνεκπεμφθέντων αὐτῷ τὸν ἄνδρα διέφθειραν. λόγου δ᾽ εἰς τὸ στρατόπεδον γεγονότος ὡς παρὰ πολεμίων τοῦ ἀνδρὸς σὺν ἄλλοις ἀνῃρημένου, οἱ στρατιῶται ἀνελέσθαι τοὺς νεκροὺς ὁρμήσαντες οὐδὲν σῶμα τῶν ἐναντίων εὑρήκασι, συχνοὺς δὲ τῶν ὁμοφύλων, οὓς ὁ Σίκιος ἐπιθεμένους αὐτῷ

1 δὴ A, δὲ PW. 3 Ῥωμαίοις om C. 14 Πάντα — 15 συνηνέχθη Dionis excerptum Vaticanum 23 pag. 153. μέντοι AB, μὲν PW. 15 συνεπήχθη Dionis exc. 16 στρατιάρχαι A. 21 ἀνθελέσθαι B.

suapte ad omnia auctoritate usi. unde non concordiam sed maiores etiam dissensiones Romanis nasci oportebat.

Duodecim igitur tabulae sic tum confectae sunt: decemviri autem non haec tantum egerunt, sed et tempore magistratus eorum elapso adhuc in rebus gerendis sunt versati, re publica vi oppressa, ac ne senatu quidem vel populo convocato, ne scilicet successores sibi darentur. cum autem Aequi et Sabini Romanis arma inferrent, per idoneos homines effecerunt ut sibi belli administratio mandaretur. itaque ex decemviris Servius Oppius et Appius Claudius domi remanserunt, caeteri octo contra hostes sunt profecti.

Sed tam in urbe quam in castris turbabantur omnia: unde nova seditio orta est. nam cum belli duces in Sabinorum agrum impressionem fecissent, L. Siccium rei bellicae peritissimum et praecipuae apud plebem auctoritatis virum, cum aliis ad occupandum castrum quoddam missum, per comites eius peremerunt. rumore in castris sparso, eum una cum aliis ab hostibus caesum esse, milites ad cadavera tollenda profecti, cum nullum hostile corpus sed civium complura undique circa Siccium

ἀπέκτεινεν ἀμυνόμενος. ὡς οὖν κύκλῳ τε αὐτοῦ κειμένους καὶ D τετραμμένους πρὸς αὐτὸν εἶδον, ὑπετόπησαν τὸ γενόμενον καὶ μέντοι καὶ ἐθορύβησαν· πρὸς δὲ τοῖς καὶ διά τι τοιοῦτον.

Λούκιός τις Οὐεργίνιος ἐκ τοῦ πλήθους ὢν καὶ θυγατέρα ἔχων περικαλλῆ Λουκίῳ Ἰκιλλίῳ τῶν ὁμοίων αὐτῷ ἐκδώσειν ἔμελλε. ταύτης ὁ Κλαύδιος ἐρασθεὶς καὶ μὴ τυχών, παρεσκεύασέ τινας δουλαγωγῆσαι αὐτήν· καὶ δικαστὴς ἦν ἐκεῖνος. ἐλθὼν οὖν ὁ τῆς κόρης πατὴρ ἐκ τοῦ στρατοπέδου ἐδικαιολογεῖτο. ὡς δὲ ὁ Κλαύδιος ταύτης κατεψηφίσατο καὶ τοῖς δουλαγωγοῦσιν αὐτὴν ἡ κόρη παρεδόθη καὶ οὐδεὶς ἐπήμυνεν, ὑπερήλγησεν ὁ ταύτης πατήρ, καὶ τὴν θυγατέρα κοπίδι διαχειρισάμενος πρὸς τοὺς στρατιώτας W II 28 ὡς εἶχεν ἐξώρμησεν. οὓς οὐδὲ πρὶν εὖ διακειμένους οὕτως ἐτάρα- P I 348 ξεν ὥστε εὐθὺς ἐπὶ τὴν πόλιν πρὸς τὸν Κλαύδιον ἐπειχθῆναι. καὶ οἱ ἕτεροι δὲ οἱ ἐπὶ τοὺς Σαβίνους ἐστρατευμένοι, ἐπεὶ τοῦτ᾽ ἔμαθον, τό τε τάφρευμα ἐξέλιπον, καὶ συμμίξαντες τοῖς λοιποῖς ἄνδρας εἴκοσιν ἑαυτῶν προεστήσαντο, καὶ οὐδὲν μικρὸν ἐλογίζοντο πρᾶξαι. καὶ τὸ ἄλλο δὲ πλῆθος τὸ ἐν τῇ πόλει προσεχώρησεν αὐτοῖς καὶ μετ᾽ αὐτῶν ἐθορύβει.

Ἐν τούτοις ὁ μὲν Κλαύδιος φοβηθεὶς ἐκρύβη, Ὄππιος δὲ τήν τε βουλὴν ἤθροισε καὶ πέμψας ἐπύθετο τοῦ πλήθους τί βούλονται. οἱ δὲ τὸν Οὐαλλέριον Λούκιον καὶ τὸν Ὁράτιον Μάρκον, ἄνδρας ἐκ τῶν βουλευτῶν αὐτοῖς προσκειμένους, πεμφθῆναι

1 τε om C. 2 ὑπετόπασαν A. καὶ μέντοι] οὐ μέντοι C.
5 λουκιλλίῳ κιλλίῳ B. 7 καὶ δικαστὴς ἦν ἐκεῖνος add AB.

iacentia et ad eum conversa viderent, quos se defendendo occiderat, suspicati quid actum esset et tumultuati sunt. huc aliud facinus accessit.

Lucius Verginius homo plebeius virginem formosissimam L. Icilio eiusdem ordinis viro desponderat. quam cum Claudius deperiret, nec tamen ea potiri posset, quibusdam negotium dedit virginis in servitutem asserendae: ipse autem pro tribunali sedebat. virginem cum pater e castris reversus defenderet, Claudius autem accusatoribus, nemine opitulante, addiceret traderetque, pater dolore commotus filiam cultro transfigit: statimque ad milites properat. quos nec ante bene affectos sic perturbavit, ut mox in urbem contra Claudium accurrerent. alii quoque qui contra Sabinos pugnabant, ea re cognita, vallo deserto congressi cum reliquis, viris viginti summa rerum mandata, nihil modicum cogitarunt. accessit etiam urbana multitudo ac tumultum auxit.

Interea Claudius prae metu se abscondit: Oppius vero coacto senatu per internuntios multitudinem percontatur quid sibi velit. quae cum L. Valerium et M. Horatium senatorii ordinis, sed homines populares, ad sé mitti postularet, per quos responsum datura esset, iique missi non essent, veritis decemviris ne iis contra se ducibus uterentur

σφίσιν ἐζήτουν, ὥς τι δι᾽ ἐκείνων ἀποκρινούμενοι. ἐπεὶ δὲ οὐκ B ἐπέμφθησαν, φοβηθέντων τῶν δέκα ἀρχόντων (ἤδη γὰρ πάντες παρῆσαν) μὴ στρατηγοῖς αὐτοῖς κατ᾽ αὐτῶν χρήσαιντο, ἔτι μᾶλλον ὠργίζοντο. φόβος οὖν τοῖς βουλευταῖς ἐνέπεσεν οὐ μέτριος ἐντεῦθεν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ παρὰ γνώμην τῶν ἀρχόντων τόν τε Οὐαλλέριον σφίσι καὶ τὸν Ὁράτιον ἔπεμψαν. κἀκ τούτου συναλλαγῆς γενομένης τοῖς μὲν θορυβήσασιν ἄδεια τῶν πραχθέντων ἐδόθη καὶ ἡ δεκαρχία κατελύθη, αἱ δὲ ἐπέτειοι ἀρχαὶ αἵ τε λοιπαὶ καὶ αἱ τῶν δημάρχων ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς προνομίοις ἐπανῆλθον ἐφ᾽ οἷσπερ ἦσαν καὶ πρότερον. ἀποδειχθέντες δὲ ἄρχοντες ἄλλοι τε καὶ Οὐεργίνιος τὸν μὲν Ὄππιον τόν τε Κλαύδιον εἰς δεσμωτήριον C ἐνέβαλον, οἳ πρὶν εὐθυνθῆναι ἑαυτοὺς διεχειρίσαντο, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐγράψαντο καὶ ἑλόντες ἐξήλασαν.

19. Οἱ δ᾽ ὕπατοι (τότε γὰρ λέγεται πρῶτον ὑπάτους αὐτοὺς προσαγορευθῆναι, στρατηγοὺς καλουμένους τὸ πρότερον· ἦσαν δὲ Οὐαλλέριος καὶ Ὁράτιος) καὶ τότε καὶ μετέπειτα τῷ πλήθει προσέκειντο καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἢ τοὺς εὐπατρίδας ἐκράτυναν. ἐλαττούμενοι οὖν οἱ εὐπατρίδαι οὔτε ῥᾴδιον συνελέγοντο οὔτε τὰ πράγματα ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐποίουν παντάπασιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς δημάρχους οἰωνοσκοπίᾳ ἐν συλλόγοις χρῆσθαι δεδώκασιν· ὃ λόγῳ μὲν D τιμὴν αὐτοῖς ἔφερε καὶ ἀξίωμα (μόνοις γὰρ τοῦτο ἐκ τοῦ πάνυ ἀρχαίου τοῖς εὐπατρίδαις ἐπετέτραπτο), ἔργῳ δὲ κώλυμα ἦν, ἵνα

1 ἀποκρινόμενοι A. 4 ἐντεῦθεν οὐ μέτριος AB. 10 οἷσπερ ἦσαν καὶ πρότερον AB, οἷς παρῆσαν καὶ πρότερον C, οἷς πρώην ἦσαν PW. δὲ] τὲ A. 14 αὐτοὺς ὑπάτους B. 21 τοῦτο] τούτου A. 22 ἐπετράπετο B.

Fontes. *Cap.* 19. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

(iam enim omnes decemviri aderant), maior indignatio plebis est exorta. qua territus senatus vel invitis decemviris Valerium et Horatium ablegavit. compositaque controversia, tumultus auctoribus data est impunitas, decemviratu abrogato: annui vero magistratus cum reliqui tum tribunorum, iisdem condicionibus quibus prius steterant, sunt revocati. lecti magistratus cum alii tum Verginius Oppium et Claudium in carcerem compegerunt (qui antequam causam dicerent sibi ipsi manus attulerunt), reliquos accusatos et damnatos in exsilium eiecerunt.

19. Consules vero (quibus tum primum id nomen factum esse fertur, cum ante praetores vocarentur) Valerius et Horatius, et tum et deinceps multitudini addicti, plebeiorum opes magis quam patrum firmarunt. itaque patres imminuta auctoritate neque ullarum rerum potestatem prorsus sibi vindicabant. quin tribunis etiam in conventibus auspiciis utendi facultatem per honoris speciem concesserunt (id enim munus ab antiquissimis temporibus ad solos patricios pertinebat), cum re vera

μὴ ῥᾳδίως οἱ δήμαρχοι καὶ τὸ πλῆθος ὅσα βούλοιντο πράττοιεν, ἀλλὰ προφάσει τῆς οἰωνοσκοπίας ἔστιν οὗ ἐμποδίζοιντο. ἀχθόμενοι δὲ τοῖς ὑπάτοις οἵ τε εὐπατρίδαι καὶ ἡ βουλή, ὡς τὰ τοῦ πλήθους φρονοῦσιν, οὐκ ἐψηφίσαντο σφίσι τὰ ἐπινίκια, πόλεμον ἑκατέρου νικήσαντος, οὐθ' ἡμέραν ἑκάστῳ ἀπένειμαν ὥσπερ εἴθιστο. τὸ μέντοι πλῆθος ἐπὶ δύο τε ἡμέρας ἑώρτασε καὶ τοῖς ὑπάτοις τὰ νικητήρια ἐψηφίσαντο.

P I 349 Οὕτως οὖν ἐς διαφορὰς τῶν Ῥωμαίων ἐλθόντων, οἱ ἐναντίοι σφίσιν ἀναθαρσήσαντες ἐπῄεσαν αὐτοῖς. τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Μάρκου Γενουκίου καὶ Γαΐου Κουρτίου ὑπατευόντων ἐπ' ἀλλήλους ἐτράποντο. οἵ τε γὰρ τοῦ πλήθους καὶ ὑπατεύειν ἤθελον, ἐπείπερ ἐδημάρχουν οἱ εὐπατρίδαι πρὸς αὐτοὺς μεθιστάμενοι, καὶ οἱ εὐπατρίδαι λίαν τῆς ὑπάτοο ἀρχῆς περιείχοντο. καὶ πολλὰ κατ' ἀλλήλων καὶ βίαια ἔλεγόν τε καὶ ἔπραττον. ἵνα δὲ μὴ πρός τι χεῖρον χωρήσωσι, τοῦ μὲν ἔργου τῆς ἡγεμονίας οἱ δυνατοὶ αὐτοῖς παρεχώρησαν, τοῦ δὲ ὀνόματος οὐ μετέδωκαν, ἀλλ' ἀνθ'
B ὑπάτων χιλιάρχους ὠνόμασαν, ἵνα μὴ τὸ τῆς κλήσεως ἔντιμον τῷ σύρφακι ὁμίλῳ καταρρυπαίνοιτο. καὶ τρεῖς ἀφ' ἑκατέρων χιλιάρχους ἀντὶ τῶν δύο ὑπάτων αἱρεῖσθαι συνέδοξεν. οὐ μέντοι τὸ τῶν ὑπάτων ἐξέλιπε τέλεον ὄνομα, ἀλλὰ ποτὲ μὲν ὕπατοι καθίσταντο, ποτὲ δέ γε χιλίαρχοι. οὕτω μὲν οὖν ταῦτα παραδέδοται γίνεσθαι, καίτοι οὐ μόνον τῶν ὑπάτων δικτάτορας ἀνειπόν-

10 ἐπαλλήλοις A. 14 μὴ om C. 21 οὖν add A. 22 δικτάτορας om C.

id agerent, ne tribuni et multitudo quidvis temere exsequi possent, sed per causam auspiciorum aliquando impedirentur. patricii et senatus irati consulibus, ut plebis fautoribus, nec triumphum decreverunt, quamvis uterque hostes vicisset, et neutri diem de more assignarunt. sed multitudo et biduum ferias celebravit et triumphum illis decrevit.

Ea discordia freti hostes receptis animis Romanos invaserunt. anno sequente, Marco Genucio et C. Curtio consulibus, contentiones redintegratae sunt. nam plebeiis consulatum expetentibus, quod patricii ad plebem transeuntes tribunatum gererent, patriciis vero acriter defendentibus, multa violenter invicem et dicta et facta sunt. ne quid vero deterius sequeretur, locupletes magistratum ipsum plebi concesserunt, sed nomen non communicarunt: dixeruntque tribunos militares pro consulibus, ne honoratum vocabulum a promiscua turba inquinaretur. placuit igitur ternos ab utraque factione tribunos deligi, duorum consulum loco. neque tamen horum nomen penitus defecit, cum alias consules alias tribuni crearentur. atque haec ita esse acta traditum est. dictatores autem non soli consules, quamvis eorum auctoritas illorum magistratu multo minor esset, sed tribuni etiam aliquando designarunt. fer-

των, καὶ ταῦτα πολὺ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἐλαττουμένων, ἀλλὰ καὶ χιλιάρχων τοῦτο πεποιηκότων ἐνίοτε· λέγεται δὲ ὅτι οὐδεὶς τῶν W II 29 χιλιάρχων, καίτοι πολλῶν πολλάκις νικησάντων, ἐπινίκια ἔπεμψεν.

Οἱ μὲν οὖν χιλίαρχοι οὕτω τότε ᾑρέθησαν, οἱ δὲ τιμηταὶ C τῷ ἐχομένῳ ἔτει Βαρβάτου καὶ Μάρκου Μακρίνου ὑπατευόντων κατεδείχθησαν· καὶ ᾑρέθησαν Λούκιός τε Παπείριος καὶ Λούκιος Σεμπρώνιος. κεχειροτόνηντο δὲ ὅτι οἱ ὕπατοι ἀδύνατοι ἐπὶ πάντας διὰ τὸ πλῆθος ἐξαρκεῖν ἦσαν· τὰ γὰρ τοῖς τιμηταῖς ἀπονεμηθέντα προνόμια ἐκεῖνοι μέχρι τότε ἐποίουν. δύο τε ἦσαν οἱ τιμηταὶ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐκ τῶν εὐπατριδῶν. ἦρχον δὲ τὰ μὲν πρῶτα καὶ τὰ τελευταῖα ἐπὶ πενταετίαν, ἐν δὲ τῷ μέσῳ χρόνῳ ἐπὶ τρεῖς ἑξαμήνους· καὶ ἐγένοντο τῶν ὑπάτων μείζους, καίτοι μέρος τῆς ἐκείνων λαβόντες ἀρχῆς. ἐξῆν δὲ αὐτοῖς τάς τε προσόδους τὰς D κοινὰς ἐκμισθοῦν, καὶ τῶν ὁδῶν καὶ τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τὰς ἀπογραφὰς τῆς ἑκάστου εὐπορίας διατελεῖν, καὶ τὸν βίον τῶν πολιτῶν ἐπισκοπεῖν τε καὶ ἐξετάζειν, καὶ τοὺς μὲν ἀξίους ἐπαίνου ἐς τὰς φυλὰς καὶ ἐς τὴν ἱππάδα καὶ τὴν γερουσίαν ἐγγράφειν, καθὼς ἑκάστοις προσήκειν ἐνομίζετο, τοὺς δ' οὐκ εὖ βιοῦντας ἁπανταχόθεν ὁμοίως ἀπαλείφειν· ὃ μεῖζον πάντων ἦν τῶν τοῖς ὑπάτοις καταλειφθέντων. πίστεις δ' ἐνόρκους ἐφ' ἑκάστῳ πεποίηντο ὡς οὔτε πρὸς χάριν οὔτε πρὸς ἔχθραν τι ποιοῦσιν, ἀλλ' ἐξ ὀρθῆς γνώμης τὰ συμφέροντα τῷ κοινῷ καὶ σκοποῦσι καὶ πράττουσι. καὶ τὸν δῆμον ἐπί τε νόμων εἰσφο-

6 κατεδείχθησαν] κατεκρίθησαν B. 15 ἐπιτελεῖσθαι C. 17 φυλακὰς B.

tur tamen nullus unquam tribunus triumphasse, quamvis multi saepe hostes vicissent.

Tribuni igitur tunc hoc modo creati sunt, censores vero anno sequente Barbato et M. Macrino consulibus: electi autem sunt L. Papirius et L. Sempronius. eorum creandi causa fuit quod consules ob multitudinem omnia negotia exsequi non possent: nam iura censoribus attributa ad id usque tempus illi tenuerant. ac principio bini fuere censores patricii, qui initio et postremo ad quinquennium imperarunt, interiecto vero tempore menses 18; ipsisque consulibus, quamvis parte duntaxat potestatis eorum accepta, superiores evaserunt. muneris eorum fuit publica vectigalia elocare, vias et publica aedificia curare, cuiusque facultates describere, mores civium observare et explorare, ac laude dignos in tribus, in ordinem equestrem, in senatum referre pro cuiusque meritis, improbae vitae homines eodem modo ex albo delere: id quod maius erat iis omnibus quae consulibus relinquebantur. dabant autem in unoquoque iusiurandum, se nec gratia nec odio quicquam acturos, sed sincero animo ea, quae e re publica essent et deliberaturos et acturos.

P I 350 ραῖς καὶ τοῖς ἄλλοις συνήθροιζον, καὶ τῷ τῶν μειζόνων ἀρχῶν κόσμῳ πλὴν ῥαβδούχων ἐχρῶντο. τοιαύτη ἡ τῶν τιμητῶν ὑπῆρχεν ἀρχή. τῶν μέντοι μὴ ἀπογραψαμένων τὰς οὐσίας ἐν ταῖς ἀπογραφαῖς καὶ ἑαυτούς, τὰς μὲν οὐσίας οἱ τιμηταί, αὐτοὺς δ' ἐκείνους οἱ ὕπατοι ἐπίπρασκον. χρόνῳ μὲν οὖν τινι ταῦθ' οὕτως ἐπράχθη, ὕστερον δὲ τὸν ἅπαξ τῇ βουλῇ καταλεχθέντα διὰ βίου βουλεύειν ἔδοξε, μηδ' ἀπαλείφεσθαι, εἰ μή τις ἀδικήσας καὶ κριθεὶς ἠτίμωτο ἢ κακῶς ζῶν ἠλέγχθη· τοὺς γὰρ τοιούτους ἀπήλειφον καὶ ἀντ' αὐτῶν ἑτέρους ἐνέγραφον.

B Τῶν δὲ προσκαίρως ἀρχόντων πρεσβεῖα μὲν ἐδίδοτο τοῖς δικτάτορσι, δευτερεῖα δέ γε τοῖς τιμηταῖς, ἡ δὲ τρίτη τάξις τοῖς ἱππάρχοις νενέμητο· καὶ οὕτω ταῦτα ἐτέτακτο κἂν ἐν ταῖς ἀρχαῖς ἦσαν κἂν ἀπηλλάγησαν. εἰ γάρ τις ἐκ μείζονος ἀρχῆς εἰς ὑποδεεστέραν κατέστη, τὸ τῆς προτέρας ἀξίωμα εἶχεν ἀκέραιον. εἷς δέ τις ὃν πρίγκιπα μὲν τῆς γερουσίας ὠνόμαζον, λέγοιτο δ' ἂν καθ' Ἕλληνας πρόκριτος, συμπάντων προεῖχε τὸν χρόνον ὃν προεκρίνετο (οὐ γὰρ διὰ βίου τις εἰς τοῦτο προεχειρίζετο), καὶ προέφερε τῶν ἄλλων τῷ ἀξιώματι, οὐ μὴν καὶ δυνάμει ἐχρῆτο τινί.

C 20. Χρόνον μὲν οὖν τινα εἰρήνην πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς τοὺς περιοίκους ἦγαγον· εἶτα λιμοῦ ἐπικρατήσαντος, ὥστε τινὰς καὶ εἰς τὸν ποταμὸν ἑαυτοὺς ἐμβαλεῖν μὴ φέροντας τὸν λιμόν, ἐστασίασαν. οἱ μὲν γὰρ τοὺς εὐπόρους ὡς περὶ τὸν σῖτον κακουρ-

7 δουλεύειν B. 10 μὲν om B. ἐδέδοτο B. 12 ὑπάρχοις C. 16 συμβάντων C. 21 ἐς B.

Fontes. *Cap.* 20. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

populum item ad rogandas leges aliaque munia convocabant; et maiorum magistratuum ornamentis, lictoribus exceptis, utebantur. ac tale censorum munus fuit. qui vero, cum census agebatur, sua nomina et facultates professi non erant, eorum facultates a censoribus, ipsi a consulibus vendebantur. et haec ad tempus aliquod sic acta sunt: post constitutum est ut, qui semel in senatum lectus esset, per omnem aetatem in eo maneret, neque deleretur ex albo nisi ob facinus ignominioso iudicio condemnatus esset aut improbae vitae convictus. talibus enim in ordinem coactis alios in eorum locum substituebant.

In magistratibus temporum causa institutis principem obtinebant locum dictatores, proximum censores, tertium magistri equitum: qui ordo, sive in magistratu essent sive eo abiissent, observabatur. quod si ad humilius munus descendissent, priorem dignitatem inviolatam obtinebant. unus quidam princeps senatus per id tempus dum is honos durabat (neque enim perpetuus erat) omnibus dignitate, non potentia, praestabat.

20. Ad hunc modum pace ad tempus domi et foris constituta, tanta fames urbem oppressit, ut quidam inediam non ferentes in flumen *se praecipitarent.* unde orta seditione pauperes divitibus annonae sup-

γοῦντας ἐν αἰτίᾳ πεποίηντο, οἱ δὲ τοὺς πένητας ὡς τὴν γῆν μὴ
βουλομένους ἐργάζεσθαι. ἰδὼν δὲ τοῦτο Σπούριος Μάλλιός ἀνὴρ
ἱππεὺς πλούσιος, τυραννίδι ἐπικεχείρηκε, καὶ σῖτον ἐκ τῆς περι-
χώρου πριάμενος πολλοῖς μὲν ἐπευωνίζων πολλοῖς δὲ καὶ προῖκα
ἐδίδου, κἀκ τούτου συχνοὺς προσοικειωσάμενος ὅπλα τε ἐπορί-
σατο καὶ φρουρούς· καὶ ἐκράτησεν ἂν τῆς πόλεως, εἰ μὴ Μινού- D
κιος Αὐγουρῖνος ἀνὴρ εὐπατρίδης ἐπὶ τῇ σιτοδοσίᾳ τεταγμένος
καὶ αἰτιώμενος ἐπὶ τῇ σιτοδείᾳ εἰσήγγειλε τῇ βουλῇ τὸ πραττόμε-
νον. ἡ δὲ γερουσία μαθοῦσα τὸ μήνυμα δικτάτορα παραυτίκα
ἐν τῷ συνεδρίῳ ἀνεῖπε τὸν Κυΐντιον τὸν Λούκιον τὸν Κικινάτον, W II 30
καὶ ταῦτα παρήλικα ὄντα· ὀγδοηκοντούτης γὰρ ἦν. κἀκεῖ τὴν
ἡμέραν πᾶσαν ἀνάλωσαν συγκαθήμενοι, ὥς τι δὴ βουλευόμενοι,
ἵνα μὴ τὸ γεγονὸς ἐκφοιτήσῃ. νυκτὸς δὲ ὁ δικτάτωρ τὸ Καπι-
τώλιον καὶ τὰ λοιπὰ τὰ ἐπικαιρότατα διὰ τῶν ἱππέων προκαταλα-
βών, ἕωθεν ἐπὶ τὸν Μάλλιον ἔπεμψε Γάϊον Σερουΐλιον τὸν ἵπ-
παρχον, ὡς δι᾽ ἄλλο τι ἐκεῖνον μετακαλούμενος. ὁ δέ, ὑποτο- P I 351
πήσαντός τι τοῦ Μαλλίου καὶ διαμέλλοντος, δείσας μὴ ὑπὸ τοῦ
πλήθους ἐξαρπασθῇ (ἤδη γὰρ συνέτρεχον) ἔκτεινε τὸν ἄνδρα, ἢ
αὐτογνωμονήσας ἢ τοῦτο κεκελευσμένος πρὸς τοῦ δικτάτορος. θο-
ρυβηθέντος δ᾽ ἐπὶ τούτῳ τοῦ πλήθους ὁ Κυΐντιος δημηγορήσας
καὶ σῖτον σφίσι παρασχὼν καὶ μή τινα ἕτερον ἢ κολάσας ἢ ἐπαι-
τιασάμενος τὸν θόρυβον ἔπαυσε.

2 βουλομένους ABCW, βουλευομένους P. μάλιος A hic et infra. Μαίλιος? 4 μὲν om C. 5 προσοικειωσάμενος A, προσῳκειωσάμενος PW. 6 μονούκιος A. 9 μήνυμα ABC, μήνημα PW. 14 καταλαβὼν B. 15 ἔπεμψε om C. 19 κεκελευσμένοι A. 20 κυΐντινος B.

pressionem, divites pauperibus agriculturae neglectum crimini dabant. qua de causa Spurius Maelius eques, homo dives, coemptum a finitimis frumentum aliis minoris vendidit, aliis gratuito dedit; eaque re multis sibi conciliatis, spe regni concepta, arma et satellites comparavit. atque urbe potitus esset, nisi Minucius Augurinus vir patricius, rei frumentariae praefectus, cum ob annonae penuriam accusaretur, rem ad senatum detulisset. qui statim L. Quintium Cincinnatum dictatorem dixerunt, virum exactae aetatis, annum agentem octogesimum; atque in curia totum diem deliberantium specie consederunt, ne id decretum foras eliminaretur. noctu dictator Capitolium et alia opportuna loca per equites occupat. mane C. Servilium magistrum equitum ad Maelium mittit, quasi per aliam causam arcessendum. at ille Maelium aliquid suspicantem et tergiversantem, veritus ne concursu populi eriperetur, interficit, sive suopte consilio sive dictatoris iussu. ob quod factum tumultuante multitudine, Quintius contione habita et frumento distributo, accusato multatoque nemine, motum eum sedavit.

Πολέμων δὲ τοῖς Ῥωμαίοις ἐκ διαφόρων ἐθνῶν ἐπενηνεγμένων, τοὺς μὲν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἐνίκησαν, τοῖς δὲ Τυρσηνοῖς ἐπὶ μακρὸν ἐπολέμησαν. Ποστουμίου δὲ νενικηκότος τοὺς Αἰκουοὺς καὶ μεγάλην πόλιν ἑλόντος αὐτῶν, ὅτι μήτ' ἐκείνην οἱ B στρατιῶται εἰς προνομὴν ἐξεχωρήθησαν μήτε τι τῆς λείας αἰτήσαντες ἔλαβον, τόν τε ταμίαν τὸν διατιθέμενον αὐτὴν περιστάντες ἐφόνευσαν, καὶ τὸν Ποστούμιον ἐπιτιμῶντα αὐτοῖς ἐπὶ τούτῳ καὶ ζητοῦντα τοὺς αὐτόχειρας προσαπέκτειναν, καὶ τὴν χώραν οὐ τὴν αἰχμάλωτον μόνον ἀλλὰ καὶ πᾶσαν προσένειμαν ἑαυτοῖς τὴν ἐν τῷ δημοσίῳ τότε τυγχάνουσαν. κἂν ἐπὶ πλεῖστον ἡ στάσις διήρκεσεν, εἰ μὴ πόλεμος αὖθις Ῥωμαίοις παρὰ τῶν Αἰκουῶν ἐπενήνεκτο. φοβηθέντες γὰρ διὰ τοῦτο ἡσύχασαν, καὶ τὴν τιμωρίαν τῶν φόνων εἰς ὀλίγους ἐλθοῦσαν ὑπέμειναν, καὶ ἐπὶ τοὺς ἐναντίους στρατεύσαντες μάχῃ αὐτοὺς νενικήκασι. διό τήν τε λείαν C αὐτοῖς οἱ δυνατοὶ διέδοσαν καὶ μισθὸν τοῖς πεζοῖς εἶτα καὶ τοῖς ἱππεῦσιν ἐψηφίσαντο· ἀμισθὶ γὰρ μέχρι τότε καὶ οἰκόσιτοι ἐστρατεύοντο· τότε δὲ πρῶτον μισθοφορεῖν ἤρξαντο.

Πολέμου δὲ αὐτοῖς πρὸς Οὐϊέντας συστάντος, ἕως μὲν κατὰ σφᾶς ἐπολέμουν ἐκεῖνοι, πολλάκις αὐτοὺς οἱ Ῥωμαῖοι ἐνίκησαν, καὶ ἐς πολιορκίαν κατέστησαν· προσγενομένων δὲ αὐτοῖς συμμάχων ἐπεξῆλθον τοῖς Ῥωμαίοις καὶ ἐπεκράτησαν. ἐν τούτοις δὲ ἡ πρὸς τῷ ὄρει τῷ Ἀλβανῷ οὖσα λίμνη, ὑπὸ τῶν πέριξ αὐτῆς περικλειομένη λόφων καὶ μὴ ἔχουσα ἐκροήν, κατὰ τὸν τῆς πολιορκίας τῶν Οὐϊέντων καιρὸν ἐς τοσοῦτον ἐπλημμύρησεν, ὡς

5 ἐχωρήθησαν B. 20 δ' B. 22 ἡ A, καὶ PW. 24 ἐπλήμμυρεν AC.

Deinde Romani bellis petiti a diversis gentibus, caeteras paucis diebus vicerunt, sed cum Tyrrhenis longo tempore decertarunt. milites, cum Postumius victis Aequis magnam eorum urbem expugnatam non diripiendam dedisset, neque ex manubiis quicquam concessisset, quaestorem primum, deinde ipsum etiam Postumium, obiurgantem et caedis auctores ad supplicium postulantem, occiderunt; neque recens captum duntaxat, sed omnem publicum agrum sibi vindicarunt. ac diuturna fuisset illa seditio, nisi belli ab Aequis redintegrati terrore quievissent. caedium poena in paucis consumpta, hostes vicerunt. quamobrem potentes et manubias inter eos distribuerunt, et pediti, deinde etiam equiti stipendia decreverunt: nam ad id usque tempus sine mercede ac suis impensis militarant, ac tum demum stipendia merere coeperunt.

Bello adversus Veientes orto, dum illi suo Marte pugnabant, a Romanis saepe victi et intra moenia compulsi sunt; sed sociorum viribus aucti, eruptione ex urbe facta Romanos profligarunt. interea lacus Albanus tumulis undique septus, cum nullum haberet aqua exitum, dum *Veii obsidentur* ita inundavit ut aqua ultra montes evoluta ad mare de-

ὑπερεκχεῖσθαι καὶ τῶν ὀρῶν καὶ κατιέναι πρὸς θάλασσαν. κρίναντες δ' οἱ Ῥωμαῖοι πάντως τι διὰ τούτου θεῖον σημαίνεσθαι, D ἔπεμψαν εἰς Δελφοὺς περὶ τούτου χρησόμενοι. ἦν δέ τις καὶ παρὰ τοῖς Οὐϊένταις Τυρσηνὸς ἀνὴρ μαντικός. ἐς ταὐτὸν οὖν ἥ τε Πυθία καὶ ἡ ἐκείνου μαντεία συνέδραμον· καὶ ἄμφω γὰρ ἁλώσεσθαι τὴν πόλιν εἶπον ὅταν τὸ ὕδωρ τὸ πλημμυρῆσαν μὴ ἐς θάλασσαν ἐκπέσῃ ἀλλ' ἀναλωθείη ἑτέρωθι, καί τινας ἱερουργίας διὰ τοῦτο γενέσθαι ἐκέλευσαν. ἀλλ' ὁ μὲν Πύθιος οὔτε τίσι θεῶν οὔθ' ὅπως αὐτὰς ποιήσουσι διεσάφησεν, ὁ δὲ Τυρσηνὸς ἐῴκει μὲν εἰδέναι, οὐδὲν δὲ ἐδήλου. οἱ γοῦν περὶ τὸ τεῖχος ὅθεν ἐκεῖνος ὡμίλει τεταγμένοι Ῥωμαῖοι, φιλίαν πρὸς ἐκεῖνον ὑποκριθέντες, τά τε ἄλλα θαρρεῖν αὐτῷ ἐνεδίδουν, καὶ ἀδεῶς ἐπέτρεπον P I 352 ἐκφοιτᾶν· καὶ οὕτω συλλαβόντες αὐτόν, πάντα τὰ καθήκοντα ἠνάγκασαν ἐξειπεῖν. καὶ κατὰ τὴν ὑποθήκην ἐκείνου τάς τε θυσίας ἐποίησαν καὶ τὸν λόφον διέτρησαν καὶ τὸ πλεονάζον ὕδωρ εἰς τὸ πεδίον κρυπτῇ διώρυχι μετωχέτευσαν, ὥσθ' ἅπαν ἐν αὐτῷ ἀναλίσκεσθαι καὶ μή τι καταρρέειν εἰς θάλασσαν.

21. Ἄρτι μὲν οὖν τοῦτο ἐγένετο, καὶ δικτάτωρ ᾑρέθη Μάρκος Φούριος Κάμιλλος. ὃς προσβαλὼν τῇ πόλει ἐπεὶ οὐδὲν W II 31 ἤνυεν, ὑπόγειον ὠρύξατο δίοδον πόρρωθεν ἀρξάμενος ἐς τὴν ἀκρόπολιν φέρουσαν. παρεσκευασμένου δὲ ἤδη τοῦ ὑπονόμου,

7 ἐκπέσῃ A, ἐμπέσῃ PW. 19 φρούριος AB. 21 παρασκευασμένον C.

Fontes. *Cap.* 21. *Usque ad p.* 76 *v.* 18 ἐπινίκια ἔπεμψεν *Plutarchi Camillus c.* 5—8, *paucis mutatis et additis ex Dione, ut videtur: cui fortasse tribuenda sunt etiam quae de triumpho narrantur.*

curreret. quo cum Romani divinitus portendi aliquid crederent, Delphicum oraculum consuluerunt. erat et apud Veientes Tyrrhenus vates, qui cum Pythia consentiebat. ambo enim urbem expugnatum iri affirmabant, si quae exundasset aqua in mare non decurreret sed alibi consumeretur; et quaedam sacra fieri iusserunt. verum Apollo nec quibus diis nec quo ritu immolandum esset declaravit: Tyrrhenus autem, cum ea scire videretur, celabat. itaque Romani circa moenia, ubi cum eo colloqui solebant, dispositi, simulata amicitia cum aliis in rebus eum bono animo esse iusserunt, tum impune in castra exire permiserunt; et comprehensum omnia quae facto essent opus effari coegerunt. ex illius igitur praeceptis rem divinam fecerunt, perfossoque tumulo aquam redundantem occultis meatibus in campum emiserunt; in quo omnis consumpta est, nec in mare quicquam influxit.

21. Hoc peracto M. Furius Camillus dictator creatus, cum impetu in moenia facto nihil *profecisset*, a longinquo auspicatus, cuniculo in

[redacted]

ἐπεὶ πολλοὶ καὶ ἀπὸ τῆς Ῥώμης αὐτῷ προσεχώρησαν ἐθελονταί, B παραλαβὼν κἀκείνους προσέβαλε τῇ πόλει καὶ πανταχόθεν τὸ τεῖχος ἐκύκλωσε· τῶν δ' ἐντὸς περὶ πάντα τὸν περίβολον σκεδασθέντων, ἔλαθον ἕτεροι διὰ τῶν ὑπονόμων γεγονότες ἐντός. ἁλούσης δὲ τῆς πόλεως καὶ τῶν Ῥωμαίων διαρπαζόντων τὰ ἐν αὐτῇ, ὁρῶν ἀπὸ τῆς ἄκρας ὁ Κάμιλλος τὰ πραττόμενα ἐστέναξε καὶ ἐδάκρυσε καί "ὦ θεοί" ἔφη, "εἴ τις Ῥωμαίοις ὀφείλεται νέμεσις τῆσδε τῆς εὐπραγίας ἀντίστροφος, εὔχομαι ταύτην εἰς ἐμαυτὸν τελευτῆσαι." τὴν δὲ τῆς λείας δεκάτην ἐξελὼν ἀκόντων τῶν στρατιωτῶν ἀνέθετο τῷ Ἀπόλλωνι, εὐχὴν τοῦτο πρὶν ποιησάμενος. ἀνέθετο δὲ καὶ κρατῆρα χρυσοῦν ἐκ τοῦ τῶν γυναικῶν κόσμου πεποιημένον· ἀνθ' οὗ τιμὴ αὐταῖς παραχρῆμα ἐψήφιστο· ἡ δὲ ἦν C τὸ ἐπ' ὀχημάτων αὐτὰς ἐς τὰς πανηγύρεις φοιτᾶν, αὐτοποδίᾳ βαδιζούσαις πρότερον ἐς αὐτάς. τῷ δὲ Καμίλλῳ προσώχθισεν ὁ δῆμος καὶ ἐνεμέσησε, τὸ μὲν ὅτι τὴν δεκάτην τῶν λαφύρων οὐκ ἐν τῷ διαρπάζεσθαι ταῦτα ἀλλὰ καιροῦ παρελθόντος ἐξείλετο τῷ θεῷ, τὸ δ' ὅτι τά τε ἄλλα σοβαρῶς ἐθριάμβευσε καὶ πρῶτος Ῥωμαίων λευκῷ τεθρίππῳ τὰ ἐπινίκια ἔπεμψεν.

Ἡ δὲ τῶν ἐπινικίων πομπή, ἣν καὶ θρίαμβον ἐκάλουν, τοιάδε τις ἐγίνετο. ὅτε τι κατωρθώθη μέγα καὶ ἐπινικίων ἐπάξιον, αὐτοκράτωρ αὐτίκα ὁ στρατηγὸς ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ὠνομάζετο, καὶ κλῶνας δάφνης περιέδει ταῖς ῥάβδοις καὶ τοῖς δρομο- D κήρυξι τοῖς τὴν νίκην καταγγέλλουσι τῇ πόλει κομίζειν ἐδίδου. ἐλ-

4 διὰ] δὲ C. 6 ἐστέναξε A, ἐστέναζε PW. 8 εἰς ἐμαυτὸν — 10 Ἀπόλλωνι om CW. "haec reposuimus ex duobus Regiis et Colberteo" Ducangius. ἐμαυτὸν AB, ἑαυτὸν P. 14 βαδιζούσαις libri omnes. 16 προελθόντος A. 21 στρατιωτῶν] ῥωμαίων A. 22 κλόνας C. προκήρυξι A.

arcem acto, et militibus a Roma voluntariis auctus, urbem corona circumdatam adoritur, dum civibus in moenia dispersis alii per cuniculum clam in urbem penetrant. cum urbem captam diripi videret, illacrimasse et cum suspirio dixisse fertur "o dii, si qua Romanis divina incumbit ultio huic contraria felicitati, precor ut in me illa desinat." tum vero praedae decimam, invitis militibus, voto concepto Apollini dicavit; praeterea etiam craterem aureum ex mulierum ornamentis conflatum. pro quo statim eis honos decretus est ut curribus ad sollennia festa veherentur, ad quae pedibus prius ire solitae erant. Camillum autem indignatio atque invidia populi suscepit, tum ob decimam Apollini non in direptione urbis sed tempore elapso exemptam, tum quod in triumpho praeter caetera insolentius acta candidos equos currui iunxisset.

Fuit autem triumphi huiusmodi ratio. re bene gesta iustaque parta victoria dux statim a militibus imperator appellatus fasces laureatos per cursores victoriam nuntiantes in urbem mittebat. domum rever-

θὼν δὲ οἴκαδε τὴν γερουσίαν συνήθροιζε καὶ ᾔτει ψηφίσασθαί οἱ τὰ ἐπινίκια. καὶ εἰ ἔτυχε ψήφου παρά τε τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, ἐβεβαιοῦτο αὐτῷ καὶ ἡ ἐπωνυμία τοῦ αὐτοκράτορος. καὶ εἰ μὲν ἐν τῇ ἀρχῇ ἦν ἔτι ἐν ᾗ τυγχάνων ἐνίκησε, ταύτῃ καὶ πανηγυρίζων ἐκέχρητο, εἰ δ' ὁ χρόνος παρεληλύθει τῆς ἀρχῆς, ἄλλο τι πρόσφορον αὐτῇ ἐλάμβανεν ὄνομα· ἰδιώτῃ γὰρ νικητήρια πέμψαι ἀπείρητο. ἐνσκευασάμενος δὲ τῇ ἐπινικίῳ σκευῇ, καὶ περιβραχιόνια λαβὼν στέφανόν τε δάφνης ἀναδησάμενος καὶ κλάδον κρατῶν ἐν τῇ δεξιᾷ, τὸν δῆμον συνεκάλει· καὶ ἐπαινέσας τοὺς συστρατευσαμένους αὐτῷ καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ τινάς, ἐδωρεῖτο μὲν σφίσι χρήματα, ἐτίμα δὲ καὶ κόσμῳ, περιβραχιόνιά τέ τισι καὶ P I 353 δόρατα ἀσίδηρα παρεῖχε, καὶ στεφάνους τοῖς μὲν χρυσοῦς τοῖς δὲ ἀργυροῦς ἐδίδου, τοὔνομά τε ἑκάστου καὶ τῆς ἀριστείας φέροντας τὸ ἐκτύπωμα. εἰ γὰρ τείχους τις πρῶτος ἐπέβη, καὶ τείχους ὁ στέφανος εἶδος ἔφερεν· ἢ καὶ ἐξεπολιόρκησέ τι, καὶ τοῦτο κἀκεῖνο εἰκόνιστο. ἐναυκράτησέ τις, ναυσὶν ὁ στέφανος ἐκεκόσμητο· ἱπποκράτησέ τις, ἱππικόν τι ἐξετετύπωτο. ὁ δὲ πολίτην τινὰ ἐκ μάχης ἢ ἑτέρου κινδύνου ἢ ἐκ πολιορκίας σώσας μέγιστόν τε εἶχε τὸν ἔπαινον καὶ ἐλάμβανε στέφανον γινόμενον ἐκ δρυός, ὃς πολὺ πάντων καὶ τῶν ἀργυρῶν καὶ τῶν χρυσῶν ὡς ἐντιμότερος προτετίμητο. καὶ οὐ κατ' ἄνδρα μόνον ἀριστεύσαν- B τα ταῦτα ἐδίδοτο, ἀλλὰ καὶ λόχοις καὶ στρατοπέδοις ὅλοις παρείχετο. καὶ τῶν λαφύρων πολλὰ μὲν τοῖς στρατευσαμένοις διανε-

4 καὶ πανηγυρίζων ταύτῃ B. 5 ἄλλο τι] ἀλλ' ὅτι C, ἀλλ' ὅ B. 13 τε] δὲ A. τῆς] τὰς A. 14 εἰ] ἢ C. τις om A. 15 ἔφερεν AB, ἐφέρετο PW. 16 κἀκείνῳ? 21 κατὰ B.

sus convocato senatu decerni sibi triumphum petebat: ac suffragiis a senatu populoque impetratis, imperatoris cognomentum ei confirmabatur. quod si adhuc in eo magistratu erat in quo victoriam reportaverat, eo etiam in celebritate utebatur; sin tempus eius dignitatis exierat, aliud nomen eidem accommodatum assumebat: privato enim triumphare non licebat. triumphali habitu ornatus, armillis sumptis, laurea redimitus et ramum dextra tenens populum convocabat; et militibus publice, quibusdam etiam seorsim laudatis pecuniam donabat et ornamenta, ut armillas, hastas sine ferro, et coronas aliis aureas aliis argenteas, expresso in iis nomine et facinore viri. nam qui murum primus conscenderat aut castellum expugnarat, ei muralis et obsidionalis dabatur: qui classe vicerat, eius corona specie navium erat: si equestri pugna vicerat, aliquid equestre effingebatur. qui vero civem in praelio obsidione aliove periculo liberarat, cum summam laudem assequebatur, tum quernam coronam accipiebat, cuius honos omnibus argenteis et aureis praeferebatur. haec dona non viritim tantum sed et cohortibus et exercitibus totis praebebantur. spoliorum magna pars inter milites distribuebatur. fuerunt etiam qui

νέμητο· ἤδη δέ τινες καὶ παντὶ τῷ δήμῳ διέδοσαν καὶ ἐδαπάνων εἰς τὴν πανήγυριν καὶ ἐδημοσίευον, καὶ εἴ τι περιελέλειπτο, εἰς ναούς, εἰς στοὰς ἢ καί τι ἕτερον δημόσιον ἔργον ἀνήλισκον.

Ταῦθ' ὁ πομπεὺς ποιήσας εἰς τὸ ἅρμα ἀνέβαινε. τὸ δὲ δὴ ἅρμα οὔτ' ἀγωνιστηρίῳ οὔτε πολεμιστηρίῳ ἦν ἐμφερές, ἀλλ' ἐς πύργου περιφεροῦς τρόπον ἐξείργαστο. καὶ οὐ μόνος ἦν ἐν
W II 32 C τῷ ἅρματι, ἀλλ' ἄν γε καὶ παῖδας ἢ συγγενεῖς τινας εἶχε, κἀκείνων τὰς μὲν κόρας καὶ τὰ ἄρρενα τὰ νεογνὰ ἐν αὐτῷ ἀνεβίβαζε, τοὺς δὲ ἁδροτέρους ἐπὶ τοὺς ἵππους τούς τε ζυγίους καὶ τοὺς σειραφόρους ἀνετίθετο· εἰ δὲ πλείους ἦσαν, ἐπὶ κελήτων τῷ πομπεῖ παριππεύοντες συνεπόμπευον. τῶν δ' ἄλλων οὐδεὶς ὠχεῖτο, ἀλλ' ἐστεμμένοι δάφνῃ πάντες ἐβάδιζον. οἰκέτης μέντοι δημόσιος ἐπ' αὐτοῦ παρωχεῖτο τοῦ ἅρματος, τὸν στέφανον τῶν λίθων τῶν χρυσοδέτων ὑπερανέχων αὐτοῦ, καὶ ἔλεγε πρὸς αὐτὸν "ὀπίσω βλέπε," τὸ κατόπιν δηλαδὴ καὶ τὰ ἐφεξῆς προσκόπει τοῦ βίου, μηδ' ὑπὸ τῶν παρόντων ἐπαρθῇς καὶ ὑπερφρονήσῃς. καὶ κώδων ἀπήρ-
D τητο καὶ μάστιξ τοῦ ἅρματος, ἐνδεικτικὰ τοῦ καὶ δυστυχῆσαι αὐτὸν δύνασθαι ὥστε καὶ αἰκισθῆναι ἢ καὶ δικαιωθῆναι θανεῖν. τοὺς γὰρ ἐπί τινι ἀτοπήματι καταδικασθέντας θανεῖν νενόμιστο κωδωνοφορεῖν, ἵνα μηδεὶς βαδίζουσιν αὐτοῖς ἐγχριπτόμενος μιάσματος ἀναπίμπληται. οὕτω δὲ σταλέντες εἰσῄεσαν εἰς τὴν πόλιν, ἔχοντες προπέμποντα σφῶν τὰ σκῦλά τε καὶ τὰ τρόπαια, καὶ ἐν εἰκόσι τά τε αἰχμάλωτα φρούρια ἠσκημένα, πόλεις τε καὶ ὄρη καὶ

1 δαπάνων C. 3 καί] καὶ εἴ C. 13 prius τῶν] τὸν τῶν A. 21 ἀναπίμπλαται AB.

toti populo sumptus ad spectacula publica largirentur. quod supererat, in fana, in porticus et alia publica opera conferebant.

His triumphator peractis currum conscendebat, neque bellicis neque iis similem quorum in ludis usus est, sed instar turris rotundae confectum. neque solus eo vehebatur, sed si liberos aut cognatos aliquos habebat, vel suas vel illorum puellas et puellos in eo collocabat, grandiores equis iugalibus et anterioribus imponebat. si plures erant, equis singularibus victorem comitabantur. caeterorum civium equitabat nemo, sed laureati omnes sequebantur. unus item publicus minister in ipso curru vehebatur, coronam auream gemmis interpolatam supra caput eius tenens, et retro videre iubens: quo monebat ut reliquae vitae cursum provideret, nec eo honore elatus superbiret. appensa quoque erat currui nola et flagellum: quae innuebant eum in tantas calamitates posse incidere, ut aut flagris caederetur aut capitis damnaretur. nam qui ob facinus extremo supplicio afficiebantur, nolas gestare solebant, ne quis inter eundum contactu illorum piaculo se obstringeret. sic autem exornati urbem ingrediebantur, spoliis et victoriae insignibus antecedentibus, in quibus expressa erant castella urbes montes fluvii

ποταμούς, λίμνας, θαλάσσας, τά τε σύμπαντα ὅσα ἑαλώκεσαν.
καὶ εἰ μὲν μιᾷ ἡμέρα ἦν ἐξαρκοῦσα πρὸς τὴν τούτων πομπήν·
εἰ δὲ μή, καὶ ἐν δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ ἐπέμπετο. προδιελθόντων
δ' ἐκείνων οὕτως ὁ πομπεὺς εἰς τὴν Ῥωμαίαν κομισθεὶς ἀγοράν, P I 354
καὶ τῶν αἰχμαλώτων τινὰς εἰς τὸ δεσμωτήριον ἀπαχθῆναι καὶ
θανατωθῆναι κελεύσας, ἀνήλαυνεν εἰς τὸ Καπιτώλιον, καί τινας
ἐκεῖ τελετὰς πληρώσας, καὶ προσαγαγὼν ἀναθήματα, καὶ παρὰ
Ταῦτα ὁ Ῥηγοῦλος εἰπὼν καὶ τὰς αἰτίας προσέθηκε δι' ἃς τὰς συμβάσεις ἀπηγόρευε, καὶ ἐπήγαγεν ὡς "οἶδα μὲν ὅτι μοι προὔπτος ὄλεθρος πρόκειται· ἀδύνατον γὰρ λαθεῖν αὐτοὺς ἃ συνεβούλευσα· ἀλλὰ καὶ οὕτως τῆς ἐμαυτοῦ σωτηρίας τὸ κοινῇ P I 395 συμφέρον προτίθημι. εἰ δέ τις φήσει, τί οὖν οὐκ ἐκδιδράσκεις ἢ ἐνταῦθα καταμένεις; ἀκούσεται ὅτι ὀμώμοκα αὐτοῖς ἐπανήξειν, καὶ οὐκ ἂν παραβαίην τοὺς ὅρκους, οὐδ' εἰ πρὸς πολεμίους γεγόνασι, καὶ δι' ἄλλα, μάλιστα δὲ ὅτι τὸ δεινὸν ἐμπεδορκήσας

3 οὐ πρὶν — 4 *Καρχηδονίων* e Dionis libro undecimo, apud grammaticum περὶ συντάξεως in Imm. Bekkeri Anecd. p. 140 v. 20. 4 παρὰ τῶν καρχηδονίων ἐπιτραπῆναι AB. ἐσιώπησεν A. 8 ὑμῶν om B. δ' B. 11 τὸ ὑμέτερον C. οὐδ' | οὐκ A. 13 ταῦτα] καὶ ταῦτα B. 15 προὔπτος μοι ὄλεθρος A.

tentur." haec locutus cum legatis secessit, ut Romani soli deliberarent. cum autem a consulibus interesse deliberationi iuberetur, non paruit priusquam id Carthaginienses permisissent. ac tacitus assidens, cum sententiam rogaretur, ait "ego, patres conscripti, si vel milies captus fuero, vestrum unus sum. nam meum corpus penes Carthaginienses est, animus vero meus vobiscum. et illud quidem alienatum a vobis: hic, quo minus Romanorum sit, efficere nemo potest. et ut captivus ad Carthaginienses pertineo: cum autem nulla improbitate sed rei bene gerendae studio cladem acceperim, Romanus sum, vobisque consultum cupio. et pacificationem nullo modo e re vestra esse duco."

His dictis, suaeque sententiae rationibus adductis, subiecit, scire se haud dubium exitium sibi instare: neque enim Carthaginiensibus clam esse posse quid suaserit. sed sic quoque rei publicae commodum privata incolumitate sibi esse antiquius. quod si quis dixerit cur non aufugiat aut Romae maneat, ei se responsurum, se iureiurando reditum promisisse: id se hostibus etiam cum ob alia servaturum esse, tum quod

[redacted]

μὲν μόνος πείσομαι, ἂν δ' ἐπιορκήσω, πᾶσα ἡ πόλις ἀναπλησθήσεται."

Ἡ γερουσία δὲ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἕνεκεν καὶ τὴν εἰρήνην ποιήσασθαι καὶ τοὺς αἰχμαλώτους ἀντιδοῦναι προτεθύμητο. γνοὺς οὖν τοῦτο αὐτός, ἵνα μὴ τὸ συμφέρον δι' αὐτὸν καταπρόωνται, ἐπλάσατο πεπωκέναι φάρμακον δηλητήριον, καὶ μέλλειν πάντως B δι' αὐτοῦ ἀπολέσθαι. καὶ οὔτε ἡ σύμβασις γέγονεν οὔτε τῶν αἰχμαλώτων ἡ ἀμοιβή. ἀπιόντος δ' αὐτοῦ σὺν τοῖς πρέσβεσιν ἀντελάβοντο ἄλλοι τε καὶ οἱ παῖδες καὶ ἡ γυνή· οἱ δ' ὕπατοι μήτ' ἐθέλοντα καταμεῖναι αὐτὸν ἐκδώσειν ἔφασαν, μήτ' ἀπιόντα κατασχεῖν. καὶ οὕτω προτιμήσας μὴ παραβῆναι τοὺς ὅρκους ἀνεκομίσθη. καὶ αἰκισθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ὡς ἡ φήμη λέγει, ἀπέθανε. τὰ γὰρ βλέφαρα αὐτοῦ περιτεμόντες, καὶ χρόνον τινὰ ἐν σκότει καθείρξαντες, εἶτα εἰς σκεῦός τι σύμπηκτον κέντρα πανταχόθεν ἔχον ἐμβαλόντες αὐτὸν καὶ τρέψαντες πρὸς τὸν ἥλιον, οὕτως ὑπὸ κακοπαθείας καὶ ἀγρυπνίας μὴ δυνάμενόν πη κλιθῆναι C διὰ τὰ κέντρα, διέφθειραν. ἃ πυθόμενοι οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς πρώτους τῶν παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτων παρέδοσαν τοῖς ἐκείνου παισὶ καὶ ἀνταικίσασθαι καὶ ἀνταποκτεῖναι.

Τοὺς δ' ὑπάτους ἐς τὴν Λιβύην στρατεύσασθαι ἐψηφίσαντο τόν τε Γάϊον Ἀτίλιον τὸν τοῦ Ῥηγούλου ἀδελφὸν καὶ τὸν Μάλλιον τὸν Λούκιον. οἳ ἐς τὴν Σικελίαν ἐλθόντες τῷ Λιλυβαίῳ

7 δι'] ὑπ' AB. 21 ἀτίλιον C, Ἀττίλιον PW, τὸν ἀτίλλιον A, τὸν ἀτήλιον B.

servata fide solus aerumnam passurus esset, violata, tota civitas periurii crimine obstringeretur.

Senatu autem salutis illius causa tum ad pacem faciendam tum ad permutandos captivos parato, ne a ratione utilitatis sua causa decederent, venenum sibi datum esse finxit, ex quo omnino periturus esset. ita neque pace neque captivorum permutatione facta, cum eum cum legatis abeuntem praeter alios uxor et liberi retinerent, consules neque manere volentem dedituros neque abiturum detenturos esse dicerent, iurisiurandi religione privatis affectibus anteposita discessit. et a Carthaginiensibus excruciatus, ut fama est, interiit. nam palpebris praecisis eum aliquamdiu in tenebris concluserunt, deinde in vas quoddam refertum stimulis coniectum et ad solem conversum doloribus et vigiliis, cum nusquam inclinare se posset, peremerunt. quibus Romani auditis principes captivorum eius liberis vicissim et excruciandos et necandos tradiderunt.

Consulibus C. Atilio, Reguli fratri, et L. Manlio bellum Africanum *decreverunt.* qui cum in Sicilia Lilybaeum oppugnarent, et fossae

προσέβαλον, καί τι μέρος τῆς τάφρου συγχῶσαι εἰς τὴν τῶν μηχανημάτων προσαγωγὴν ἐπεχείρησαν. καὶ οἱ Καρχηδόνιοι ὑπορύσσοντες τὸν χοῦν ὑφεῖλκον. ἐπεὶ δ' ἡλαττοῦντο τῇ πολυχειρίᾳ, τεῖχος ἕτερον ἔνδον μηνοειδὲς ᾠκοδόμησαν. καὶ οἱ μὲν ὑπονόμους ὑπὸ τὸν κύκλον εἰργάζοντο, ὅπως κατὰ τὸ διάκενον αὐτῶν ἱζήσαντος τοῦ τείχους εἰσπέσωσιν· οἱ Καρχηδόνιοι δὲ ἀντορύσσοντες D πολλοὺς μὲν ἀγνοοῦντας τὸ γινόμενον ἐκδεχόμενοι ἔκτεινον, πολλοὺς δὲ καὶ πῦρ ἐν φρυγάνοις εἰς τὰ ὀρύγματα ἐμβαλόντες ἔφθειρον. ἐπεὶ δέ τινες τῶν συμμάχων, τῇ τε παρατάσει τῆς πολιορκίας ἀχθόμενοι καὶ τῷ μὴ τὸν μισθὸν αὐτοῖς ἐντελῆ καταβάλλεσθαι, προδοῦναι τὸ χωρίον τοῖς Ῥωμαίοις διεκηρυκεύοντο, ἐφώρασεν ὁ Ἀμίλκας τὸ βουλευόμενον, οὐκ ἐξέφηνε δέ, ἵνα μὴ πολεμώσῃ αὐτούς· χρήματα δὲ τοῖς ἄρχουσιν αὐτῶν παρασχὼν καὶ τῷ πλήθει προσυποσχόμενος ἕτερα, οὕτως αὐτοὺς ᾠκειώσατο ὥστε μηδ' ἀρνήσασθαι τὴν προδοσίαν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τελευταίους πρέσβεις ἐπανιόντας ἀπώσασθαι. οἱ πρὸς τοὺς ὑπάτους αὐτομο- P I 396 λήσαντες γῆν τε ἐν Σικελίᾳ καὶ ἕτερ' ἄττα ἔλαβον.

Ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ οἴκοι Καρχηδόνιοι πέμπουσιν Ἀρδέβαν σὺν ναυσὶ πλείσταις εἰς τὸ Λιλύβαιον σῖτον ἀγούσαις W II 63 καὶ χρήματα. καὶ ὃς χειμῶνα ἐπιτηρήσας εἰσέπλευσε. κἀκ τούτου καὶ ἄλλοι συχνοὶ καταίρειν ὁμοίως ἐτόλμων· καὶ οἱ μὲν ἐπετύγχανον, οἱ δὲ ἀπώλλυντο.

2 ἐπεχείρισαν C. 3 ἡλαττοῦτο A. 7 ἀγνοοῦντας A, ἀγνοῦντας PW. 8 ἐμβάλοντες A. 13 πολεμήσῃ A. 17 ἑτεράτα B, ἕτερά τε C, ἕτερα A. 19 Ἀρδέβαν] consentit Diodorus exc. lib. 24 1, si eius verba sic transposueris μετὰ τοῦ Ἀτάρβου· καὶ ἀνεθάρσησαν. Polybius 1 44 eadem fere de Hannibale narrat. 21 ἐτύγχανον C. 22 ἀπώλλυντο C, ἀπώλλοντο A, ἀπόλλυντο PW.

partem ad machinas adducendas explere aggressi essent, Carthaginienses subterfodientes terram subtraxerunt. sed cum operarum multitudine vincerentur, alium murum intus lunatum struxerunt. Romanis autem cuniculos subter muros agentibus, ut iis in cavernas desidentibus irruerent, Carthaginienses contra fodientes multos id ignorantes exceptos trucidarunt, multos igni sarmentis iniecto in fossis cremarunt. sed cum quidam e sociis, moram obsidionis et stipendia non integra numerata aegre ferentes, de oppido prodendo cum Romanis agerent, Hamilcar eo consilio animadverso sed dissimulato, ne illi palam deficerent, pecunia magistratibus data, multitudini promissa, sic eos reconciliavit ut proditionem non infitiati postremos legatos redeuntes non reciperent. qui ad consules profugi, agro in Sicilia et aliis rebus donati sunt.

Carthaginienses qui domi erant his auditis Ardebam [Adherbalem] cum plurimis navibus frumentum et pecunias Lilybaeum advehentibus miserunt. is tempestate observata appulit. quod deinde alii plurimi imitari ausi partim successum habuerunt partim perierunt.

[redacted]

Ἕως μὲν οὖν ἄμφω παρῆσαν οἱ ὕπατοι, ἰσοπαλεῖς οἱ ἀγῶνες ἐγίνοντο· νόσου δὲ καὶ λιμοῦ τρυχόντων αὐτούς, καὶ τοῦ ἑτέρου οἴκαδε διὰ ταῦτα σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στρατιώταις ἀναχωρήσαντος, Ἀμίλκας θαρρήσας ἐπεξῄει καὶ τὰς μηχανὰς ἐνεπίμπρα καὶ τοὺς ἐπαμύνοντας αὐταῖς ἔφθειρε, καὶ ἡ ἵππος αὐτοῦ B ἐκ τοῦ Δρεπάνου ὁρμωμένη τά τε ἐπιτήδεια κομίζεσθαι τοὺς Ῥωμαίους ἐκώλυε καὶ τὴν αὐτῶν συμμαχίδα κατέτρεχε, καὶ ὁ Ἀρδέβας ποτὲ μὲν τῆς Σικελίας ποτὲ δὲ τῆς Ἰταλίας τὰ παράλια ἔκειρεν· ὅθεν οἱ Ῥωμαῖοι ἐν ἀπορίᾳ κατέστησαν. τέως μέντοι Λεύκιος Ἰούνιος ἡτοίμαζε ναυτικόν, Κλαύδιος δὲ Ποῦλχρος εἰς τὸ Λιλύβαιον ἐπειχθεὶς καὶ τριήρεις πληρώσας συνέλαβε δι' αὐτῶν Ἄννωνα τὸν Καρχηδόνιον ἐκπλέοντα πεντήρει· καὶ παράδειγμα τοῖς Ῥωμαίοις τῆς κατασκευῆς τῶν νηῶν ἐγένετο.

Πολλάκις δὲ τοῦ ναυτικοῦ κινδυνεύοντος ἐβαρύνοντο οἱ C Ῥωμαῖοι τῇ συνεχεῖ τῶν νεῶν φθορᾷ· ἄνδρας γὰρ συχνοὺς καὶ χρήματα πλεῖστα ἐν ταύταις ἀπώλλυσαν· οὐ μέντοι γε καὶ ἐνέδοσαν, ἀλλὰ καί τινα φθεγξάμενον περὶ καταλλαγῶν πρὸς Καρχηδονίους ἐν τῇ βουλῇ διεχρήσαντο, καὶ λεχθῆναι δικτάτορα ἐψηφίσαντο. καὶ δικτάτωρ μὲν ὁ Κολλατῖνος ἐλέχθη, ἱππάρχησε δὲ ὁ Μέτελλος· οὐδὲν δὲ μνήμης ἔπραξαν ἄξιον. ἐν ᾧ δ' ὁ Κολλατῖνος δικτάτωρ ἐλέγετο, ἐν τούτῳ τὸν Ἔρυκα παρεστήσατο ὁ Ἰούνιος, καὶ ὁ Καρθάλων κατέσχεν Αἰγίθαλον καὶ ἐζώγρησε τὸν Ἰούνιον.

4 ἐπεξῆλθε B. 6 τοὺς] καὶ τοὺς B. τοῖς ῥωμαιοι A. 15 νεῶν AB, qui supra νηῶν: νηῶν PW. 19 et 21 Κολλατῖνος, ut supra, pro Καλατῖνος. 20 prius δὲ] δέ γε A. δ' ὁ A, δὲ PW.

Dum ambo consules aderant, aequo Marte pugnabatur: sed cum morbo et fame premerentur, iisque de causis alter suos milites domum reduceret, Hamilcar erumpere ausus machinas incendit, defensores earum occidit; et equitatu Drepano emisso, Romanos pabulatione et commeatu prohibendo, eorumque socios infestando, Ardeba [Adherbale] interim alias Siciliae alias Italiae oram populante, ad summam inopiam redegit. sed Lucio Iunio classem parante Claudius Pulcher Lilybaeum propere abiit; et militibus in naves impositis Hannonem Carthaginiensem in quinqueremi navigantem comprehendit: unde Romani exemplum fabricandarum navium petiverunt.

Sed cum classes saepe periclitarentur, Romani, quanquam crebro tot navium, in quibus multi viri et pecuniae erant, interitu dolebant, tamen non cesserunt, sed quendam in senatu de pace cum Carthaginiensibus faciendа locutum occiderunt. et dictatorem dixerunt Collatinum [Calatinum], magistrum equitum Metellum: nihil tamen memorabile gesserunt. interea Iunius Erycem subegit, et Carthalo Aegithalo potitus Iunium cepit.

16. *Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Αὐρήλιος Γάϊος καὶ Σερουΐλιος Πούπλιος τὴν ἀρχὴν λαβόντες τό τε Λιλύβαιον καὶ τὸ Δρέπανον ἐλύπουν καὶ τοὺς Καρχηδονίους τῆς γῆς ἀπεῖργον καὶ τὴν αὐτῶν* D *συμμαχίδα κατέκειρον. ὁ οὖν Καρθάλων πολυτρόπως ἐπιχειρήσας κατ' αὐτῶν, ὡς οὐδὲν ἤνυσεν, εἰς Ἰταλίαν ὥρμησεν, ἵν' οὕτω τοὺς ὑπάτους μεταγάγῃ ἐκεῖ, ἢ τέως τὴν χώραν κακώσῃ καὶ πόλεις αἱρήσῃ. ἀλλ' οὐδ' ἐνταῦθά τι αὐτῷ προσεχώρησε· τὸν γὰρ στρατηγὸν τὸν ἀστυνόμον μαθὼν πλησιάζοντα, εἰς Σικελίαν ἀνέπλευσεν. ἔνθα τῶν μισθοφόρων στασιασάντων διὰ τὸν μισθόν, συχνοὺς μὲν ἐς νήσους ἐρήμους ἐκβιβάσας κατέλιπε, πολλοὺς δὲ καὶ ἐς τὴν Καρχηδόνα ἀπέστειλεν. ὃ γνόντες οἱ λοιποὶ ἠγανάκτησαν καὶ νεωτερίσειν ἔμελλον. ὧν Ἀμίλκας, διαδεξάμενος τὸν Καρθάλωνα, πολλοὺς μὲν νυκτὸς κατέκοψε, πολλοὺς δὲ* P I 397 *καὶ κατεπόντωσεν. ἐν τοσούτῳ δ' οἱ Ῥωμαῖοι φιλίαν ἀΐδιον πρὸς Ἱέρωνα διεπράξαντο, καὶ προσαφῆκαν ὅσα παρ' αὐτοῦ ἐπετείως ἐλάμβανον.*

Τῷ δ' ἑξῆς ἔτει τοῦ θαλαττίου πολέμου δημοσίᾳ μὲν οἱ Ῥωμαῖοι ἀπέσχοντο διὰ τὰς ἀτυχίας καὶ διὰ τὰ ἀναλώματα, ἰδίᾳ δέ τινες νῆας αἰτήσαντες, ὥστ' ἐκείνας μὲν ἀποκαταστῆσαι, τὴν λείαν δὲ οἰκειώσασθαι, ἄλλα τε τοὺς πολεμίους ἐκάκωσαν, καὶ ἐς Ἱππῶνα Λιβυκὴν πόλιν εἰσπλεύσαντες τά τε πλοῖα πάντα καὶ πολλὰ τῶν οἰκοδομημάτων κατέπρησαν. τῶν δ' ἐπιχωρίων τὸ

6 ἢ AC, εἰ PW. 10 ἐμβιβάσας A. 15 ἐπετείως A, ἐπετίως PW.

Fontes. *Cap.* 16. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

16. Sequenti anno C. Aurelius et P. Servilius magistratu inito Lilybaeum et Drepanum infestantes terra Carthaginienses prohibuerunt eorumque socias civitates afflixerunt. Carthalo cum variis rationibus contra eos tentatis nihil effecisset, in Italiam abiit, ut aut consules eo traduceret, aut interea agros vastaret et urbes caperet. sed ne ibi quidem ei quicquam successit: nam cum praetorem urbanum adventare didicisset, in Siciliam rediit. ubi cum conducticius miles ob stipendium tumultuaretur, multos in desertis insulis expositos reliquit, multos Carthaginem misit. quo caeteri cognito indignati res novas spectabant. sed Hamilcar, successor Carthaloni datus, multos eorum noctu occidit, multos in mari demersit. interea Romani perpetuam cum Hierone amicitiam sanxerunt, remissis tributis annuis.

Sequenti anno bello navali propter crebras clades et impensas Romani publice abstinuerunt; sed quidam privatim navibus postulatis quas restituerent et praedam sibi vindicarent cum alias clades hostibus intulerunt, tum Hipponem urbem Libycam ingressi navigia omnia et multas aedes cremarunt. et cum cives portus aditum catenis clausissent,

[redacted]

B στόμα τοῦ λιμένος διαλαβόντων ἁλύσεσιν, ἐν περιστάσει ἐγένοντο, σοφίᾳ δὲ καὶ τύχῃ περιεγένοντο. σπουδῇ γὰρ ταῖς ἁλύσεσι προσπεσόντες, ἐπεὶ προσάψασθαι αὐτῶν ἔμελλον οἱ ἔμβολοι τῶν νηῶν, μετέστησαν ἐς τὰς πρύμνας οἱ τοῦ πληρώματος, καὶ οὕτως αἱ πρῶραι κουφισθεῖσαι ὑπερῆραν τὰς ἁλύσεις, αὖθις δ' ἐς τὰς πρώρας αὐτῶν μεταπηδησάντων αἱ πρύμναι τῶν σκαφῶν ἐμετεωρίσθησαν. καὶ διεξέδραμον, καὶ μετὰ τοῦτο περὶ τὸ Πάνορμον

W II 64 ναυσὶ Καρχηδονίους ἐνίκησαν.

Οἱ δ' ὕπατοι, Μέτελλος μὲν Καικίλιος περὶ τὸ Λιλύβαιον ἦν, Νουμέριος δὲ Φάβιος τῷ Δρεπάνῳ προσήδρευε καὶ ἐπεβούλευσε τῇ νησῖδι τῇ Πελιάδι καλουμένῃ, προκατειλημμένῃ παρὰ C Καρχηδονίων, στρατιώτας πέμψας νυκτός, οἳ τοὺς φρουροὺς κτείναντες τὴν νῆσον εἷλον. ὃ μαθὼν Ἀμίλκας ἕωθεν τοῖς διαβεβηκόσιν ἐπέθετο· οἷς οὐκ ἔχων ἀμῦναι ὁ Φάβιος τῷ Δρεπάνῳ προσέμιξεν, ὡς ἢ τὴν πόλιν δι' ἐρημίαν αἱρήσων ἢ τῆς νήσου τὸν Ἀμίλκαν ἀπάξων. καὶ ἠνύσθη τὸ ἕν· φοβηθεὶς γὰρ ὁ Ἀμίλκας ἀνεχώρησεν εἰς τὸ τεῖχος. καὶ ὁ Φάβιος τὴν Πελιάδα κατέσχε, καὶ τὸ μεταξὺ ταύτης καὶ τῆς ἠπείρου στενὸν καὶ τεναγῶδες τυγχάνον συγχώσας ἠπείρωσε, καὶ ῥᾷον προσεπολέμει τοῦ τείχους ἐκεῖ ὄντος ἀσθενεστέρου. καὶ οἱ Καρχηδόνιοι συχνὰ παρελύπουν αὐ-D τοὺς εἰς Σικελίαν τε περιπλέοντες καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν περαιούμενοι. τοὺς δ' αἰχμαλώτους ἀλλήλων ἄνδρα ἀντ' ἀνδρὸς ἠλλά-

6 ἐμετεωρίσθησαν A, μετεωρίσθησαν PW. 7 περὶ] παρὰ B. 8 ἐνίκησε A. 9 καὶ κίλλιος ABC. 20 ἀσθενεστέρου. καὶ οἱ] "videtur mutilus hic locus" Wolfius: "sic tamen omnes mss" Ducangius.

ex magno periculo arte et fortuna evaserunt. nam festinanter in catenas invecti, cum eas rostra navium iamiam attingerent, in puppes transierunt: ita prorae levatae catenas superarunt: cumque rursus in proras transsiluissent, puppes levatae sunt. sic elapsi postea ad Panormum Carthaginienses navali praelio vicerunt.

Consulum alter Caecilius Metellus ad Lilybaeum fuit, alter Numerius Fabius Drepanum obsedit et insulae Columbariae a Carthaginiensibus praeoccupatae noctu missis militibus est insidiatus. qui occiso praesidio insulam occuparunt. cum autem Hamilcare mane contra illos profecto Fabius illis opem ferre non posset, Drepanum invasit, ut aut urbem per ducis absentiam caperet aut illum ab insula abstraheret. horum alterum ei successit: Hamilcar enim territus in munitionem se recepit. Fabius Columbariam tenuit, et angustias paludesque interiectas aggeribus continenti iunxit. ita facilior facta oppugnatio, cum ibi murus esset infirmior. Carthaginienses autem eis crebra detrimenta inferebant, nunc in Siciliam nunc in Italiam traiiciendo. captivos viritim permuta-

ξαντο· τοὺς δὲ λοιποὺς, ἐπεὶ μὴ ἦσαν ἰσοπληθεῖς, ἀργυρίου οἱ Καρχηδόνιοι ἐκομίσαντο.

Ἔκτοτε δὲ διάφοροι μὲν ὑπάτευσαν, οὐδὲν δὲ ἱστορίας ἔπραξαν ἄξιον· μέγιστον γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι ἐσφάλλοντο ὅτι κατ' ἐνιαυτὸν ἄλλους εἶθ' ἑτέρους ἄρχοντας ἔπεμπον, ἄρτι δὲ τὴν στρατηγίαν μανθάνοντας τῆς ἀρχῆς ἔπαυον, ὥσπερ εἰς ἄσκησιν σφᾶς ἀλλ' οὐκ εἰς χρῆσιν αἱρούμενοι.

Οἱ Γαλάται δὲ τοῖς Καρχηδονίοις συμμαχοῦντες, καὶ μισοῦντες αὐτοὺς ὅτι κακῶς μετεχειρίζοντο σφᾶς, φρουρίου τινὸς φυλακὴν ἐμπιστευθέντες, τοῖς Ῥωμαίοις αὐτὸ προήκαντο ἐπὶ χρήμασι. P I 398 μεταστάντας δὲ ἀπὸ τῶν Καρχηδονίων Γαλάτας καὶ ἄλλους τῶν σφῶν συμμάχων τινὰς οἱ Ῥωμαῖοι ἐπὶ μισθοφορᾷ προσελάβοντο, μήπω πρότερον τρέφοντες ξενικόν. τούτοις οὖν ἐπαιρόμενοι, καὶ ὅτι οἱ τὰς ναῦς ἔχοντες ἰδιῶται τὴν Λιβύην ἐπόρθησαν, οὐκέτι ἀμελεῖν τῆς θαλάσσης ἤθελον, ἀλλὰ καὶ αὖθις ναυτικὸν συνεστήσαντο.

17. Καὶ Λουτάτιος Κατύλος ὕπατος ᾑρέθη, καὶ τούτῳ συνεξεπέμφθη Κύϊντος Οὐαλλέριος Φλάκκος ἀστυνομῶν. οἳ ἐς Σικελίαν ἐλθόντες καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν τῷ Δρεπάνῳ προσέβαλον, καί τι τοῦ τείχους κατήρειψαν· καὶ εἷλον ἂν αὐτό, εἰ μὴ τοῦ ὑπάτου τρωθέντος περὶ ἐκεῖνον οἱ στρατιῶται ἀπησχολήθησαν. B κἀν τούτῳ μαθόντες τοὺς πολεμίους οἴκοθεν ἥκειν

3 δὲ] μὲν A. 5 δὲ] τε A. 18 φλάκος B. 19 alterum κατὰ add A.

Fontes. *Cap.* 17. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi.*

runt: caeteros, quia tantum numerum non habebant, Carthaginienses pecunia redemerunt.

Ab eo tempore diversi consules fuerunt, sed nihil historia dignum gesserunt. nam illud maximo detrimento Romanis fuit, quod duces quotannis mutabant, eosque qui imperatoria munia adhuc discebant revocabant, quasi non rei gerendae sed exercendi causa ablegatos.

Galli Carthaginiensibus sociis infensi, quod ab eis male acciperentur, praesidium quoddam suae fidei commissum Romanis pecunia prodiderunt; ab eisque una cum aliis qui a societate Carthaginiensium defecerant stipendio conducti sunt, cum prius peregrinum alere militem Romani non consuevissent. his freti et classe privatorum hominum Africam infestantium mare diutius negligere nolentes denuo naves compararunt.

17. Lutatio Catulo consuli designato collega adiunctus est Q. Valerius Flaccus praetor. qui in Siciliam profecti et terra marique Drepanum aggressi partem muri deiecerunt: oppidumque cepissent, nisi consule vulnerato milites circa illum occupati fuissent. interea cognito ho-

ναυτικῷ πλήθει, Ἄννωνος ναυαρχοῦντος, πρὸς ἐκείνους ἐτράποντο. καὶ ἀντιπαραταξαμένων αὐτῶν ἄστρον τι λαμπαδῶδες ὕπερθεν τῶν Ῥωμαίων φανὲν ἐξ ἀριστερᾶς εἰς τοὺς Καρχηδονίους ἀρθὲν ἐγκατέσκηψεν. ἐγένετο δ' ἡ ναυμαχία καὶ ἐπ' ἀμφοῖν καρτερά, δι' ἄλλα τε καὶ ἵνα οἱ μὲν Καρχηδόνιοι ἐς τελείαν ἀπόγνωσιν τοὺς Ῥωμαίους τοῦ ναυτικοῦ καταστήσωσιν, οἱ δ' ἵνα καὶ τὰς προτέρας ἀνακαλέσωνται συμφοράς. ὅμως δ' οὖν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν
C νίκην ἤραντο· τὰ γὰρ τῶν Καρχηδονίων σκάφη, φορτία φέροντα πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ σῖτον καὶ χρήματα, ἐβαρύνοντο.

Ὁ δ' Ἄννων διαφυγὼν εὐθὺς εἰς τὴν Καρχηδόνα ἠπείχθη. οἱ Καρχηδόνιοι δὲ θυμῷ ληφθέντες καὶ φόβῳ τὸν μὲν ἀνεσταύρωσαν, πρέσβεις δὲ πρὸς εἰρήνην τῷ Κατύλῳ πεπόμφασι. καὶ τῷ πρὸς βουλῆς ἦν τὸν πόλεμον καταλύσασθαι, ὅτι ἐπ' ἐξόδῳ οὔσης αὐτῷ τῆς ἀρχῆς οὔτε δι' ὀλίγου ἐξαιρήσειν τὴν Καρχηδόνα ἤλπιζεν οὔτε τοῖς διαδόχοις τὴν δόξαν τῶν ἑαυτοῦ πόνων καταλιπεῖν ἤθελε. διὸ ἀνακωχὴν ἐποιήσαντο, καὶ χρήματα καὶ σῖτον
D
W II 65 καὶ ὁμήρους αὐτῷ δόντες, ἵν' ἐς τὴν Ῥώμην πρεσβεύσωνται ἐπὶ τῷ τῆς Σικελίας τε αὐτοὺς πάσης ἐκστῆναι Ῥωμαίοις καὶ πάσας τὰς πέριξ νήσους ἐκλιπεῖν καὶ μήτε τῷ Ἱέρωνι πολεμεῖν καὶ χρήματα τὰ μὲν ἅμα τῷ σπείσασθαι δοῦναι τὰ δὲ καὶ ὕστερον, καὶ τοὺς μὲν ἐκείνων αὐτομόλους καὶ αἰχμαλώτους προῖκα ἐκπέμψαι, τοὺς δ' ἑαυτῶν πρίασθαι.

6 καταστήσωσιν ABC, καταστήσασιν PW. 7 ἀνακαλέσονται B. 10 Καρχηδόνα] καρχηδονίων AC. 11 θυμῷ] λιμῷ A. 16 ἐποιήσαντο A, ἐποιήσατο PW. 17 διδόντες A. 18 τῆς add A.

stium adventu, Hannone magnam turbam domo adducente, contra illos se converterunt. acie utrinque instructa astrum quoddam facis instar supra Romanos ad laevam exortum versus Carthaginienses acumen direxit. pugna atrox commissa est ab utrisque, tum ob alia, tum quod Carthaginienses Romanos ad extremam bellorum navalium desperationem adigere voluerunt, Romani prius acceptas clades resarcire studuerunt. sed penes hos victoria fuit. nam Carthaginiensium naves, praeter alias sarcinas frumentum et pecuniam vehentes, gravabantur.

Hanno elapsus statim Carthaginem properavit, sed a civibus iracundia et metu commotis in crucem actus est; et legati de pace ad Catulum missi. qui a pace non abhorrebat, quod et annus eius iam paene exiisset, neque brevi tempore Carthaginis exscindendae spem haberet, et successoribus laborum suorum invideret gloriam. itaque inducias fecerunt, pecunia et frumento et obsidibus ei datis, ut Romam legatos mitterent, ea condicione ut tota Sicilia et omnibus circumiacentibus insulis Romanis cederent neque Hieronem lacesserent et pecuniam partim pace facta statim partim post numerarent et Romanos captivos gratis redderent, suos vero redimerent.

Τοιαύτη μὲν οὖν ἡ σύμβασις ὡμολόγητο· μόνην γὰρ τὴν τοῦ ζυγοῦ ἀτιμίαν ὁ Ἀμίλκας παρῃτήσατο. καὶ ὁ μὲν ταῦτα συνθέμενος καὶ τοὺς στρατιώτας ἐκ τῶν τειχῶν ἐξαγαγὼν ἀπέπλευσεν οἴκαδε πρὶν τοὺς ὅρκους ἐπενεχθῆναι, οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τήν τε νίκην διὰ βραχέος ἔμαθον καὶ ἐπήρθησαν ὡς παντάπασι P I 399 κεκρατηκότες. καὶ τῶν πρέσβεων ἐλθόντων οὐκέτι κατέχειν ἑαυτοὺς ἠδύναντο, καὶ τὴν Λιβύην ἕξειν ἅπασαν ἤλπιζον. διὸ οὐδὲ ταῖς τοῦ ὑπάτου ὁμολογίαις ἐνέμειναν, ἀλλὰ καὶ χρήματα αὐτοὺς πολλῷ πλείω τῶν ὑπεσχημένων ἐπράξαντο· καὶ ἀπηγόρευσαν σφίσι μήτε τὴν Ἰταλίαν μήτε τὴν ἔξω συμμαχίδα σφῶν μακραῖς ναυσὶ παραπλεῖν ἢ μισθοφόροις τισὶν ἀπ' αὐτῶν κεχρῆσθαι.

Ὁ μὲν οὖν πρῶτος τοῖς Καρχηδονίοις πόλεμος τοῖς Ῥωμαίοις εἰς τοῦτο κατέληξε τετάρτῳ ἔτει καὶ εἰκοστῷ, καὶ ἐπ' αὐτῷ ἤγαγεν ὁ Κατύλος τὰ ἐπινίκια, Κύϊντος δὲ Λουτάτιος ὑπατεύσας ἀπῆλθεν ἐς Σικελίαν καὶ μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ Κατύλου πάντα τὰ ἐκεῖ κατεστήσατο· καὶ τὰ ὅπλα τῶν ἐν αὐτῇ ἀφείλοντο. Σικελία B μὲν οὖν οὕτως ὑπὸ Ῥωμαίων δεδούλωτο πλὴν τῆς ἀρχῆς τοῦ Ἱέρωνος, ἐκ δὲ τούτου πρὸς τοὺς Καρχηδονίους φιλία ἦν αὐτοῖς.

Ἄμφω δ' αὖθις εἰς πολέμους ἑτέρους χωρὶς μετ' ὀλίγον κατέστησαν. τοῖς γὰρ Καρχηδονίοις οἵ τε περίλοιποι τῶν μισθοφορησάντων σφίσι καὶ τὸ δουλεῦον τὸ ἐν τῇ πόλει καὶ τῶν ὁμορούντων πολλοὶ πρὸς τὰς συμφορὰς αὐτῶν συνεπέθεντο. οἵ γε

1 ὡμολόγηται A. 6 αὐτοὺς A. 12 alterum τοῖς] τοῖς τε A. 13 κατέπληξε A. 14 Λουτάτος PW, quae p. 161 v. 17 Λουτάτιος. 17 οὖν om A.

Tali pactione facta (solam enim sub iugum missionis ignominiam Hamilcar deprecatus est), militibus e munitionibus eductis domum rediit priusquam iusiurandum daretur. qui Romae erant, victoria celeriter cognita, ita sunt animis elati, quasi plane debellatum esset; legatisque praesentibus se non amplius continere potuerunt, spe totius Africae occupandae concepta. itaque condicionibus a consulibus propositis non acquiescentes, et pecuniam promissa longe maiorem postularunt, et interdixerunt ne longis navibus vel ad Italiam vel ad alias socias provincias accederent, aut conducticiis inde militibus uterentur.

Ita primo bello Punico anno quarto et vigesimo a Romanis confecto Catulus triumphavit, Q. vero Lutatius consul in Siciliam profectus cum fratre Catulo omnia ibi ordinavit. Siculis arma adempta, tota insula, Hieronis excepto imperio, a Romanis subacta, et amicitia cum Carthaginiensibus constituta.

Sed utrique paulo post seorsim alia gessere bella. nam Carthaginienses reliqui eorum stipendiarii et servitia civitatis et multi ex finitimis, adversa illorum fortuna freti, invaserunt. Romani cum ab hosti-

[redacted]

μὴν Ῥωμαῖοι, ἐπικαλεσαμένων αὐτοὺς τῶν πολεμούντων ἐκείνοις, οὐθ' ὑπήκουσαν, ἀλλὰ καὶ ἀντιπρεσβευσάμενοι καὶ μὴ δυνηθέντες καταλλάξαι αὐτούς, καὶ τοὺς αἰχμαλώτους τῶν Καρχηδονίων C ὅσους εἶχον ἀφῆκαν προῖκα, καὶ σῖτον ἔπεμψαν καὶ μισθοφόρους ἐκ τῆς οἰκείας συμμαχίδος αὐτοῖς ἐπαγαγέσθαι ἐπέτρεψαν, δόξαν ἐπιεικείας θηρώμενοι μᾶλλον ἢ τοῦ συμφέροντος αὐτοῖς προμηθούμενοι. ὅθεν πράγματα ἔσχον εἰσέπειτα· ὁ γὰρ Ἀμίλκας ἐκεῖνος ὁ Βαρχίδης, ἐπεὶ τοὺς ἐναντίους ἐνίκησεν, ἐπὶ μὲν τοὺς Ῥωμαίους, καίπερ κάρτα μισῶν αὐτούς, οὐκ ἐτόλμησε στρατεῦσαι, ἐς δὲ τὴν Ἰβηρίαν παρὰ γνώμην τῶν οἴκοι τελῶν ἀπῆρεν.

18. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐγένετο ὕστερον, τότε δὲ καὶ οἱ Ῥωμαῖοι Φαλίσκοις ἐπολέμησαν, καὶ Μάλλιος Τουρκουάτος τὴν χώ-D ραν αὐτῶν ἐδῄωσε. καὶ συμμίξας αὐτοῖς ἐσφάλη μὲν τῷ ὁπλιτικῷ, τοῖς δ' ἱππεῦσιν ἐκράτησε. καὶ αὖθις αὐτοῖς μαχεσάμενος ἐνίκησε, καὶ τά τε ὅπλα αὐτῶν καὶ τὴν ἵππον καὶ τὰ ἔπιπλα καὶ τὸ δουλεῦον καὶ τὸ ἥμισυ τῆς χώρας ἀφείλετο. ὕστερον δὲ ἡ μὲν ἀρχαία πόλις εἰς ὄρος ἐρυμνὸν ἱδρυμένη κατεσκάφη, ἑτέρα δ' ᾠκοδομήθη εὐέφοδος. μετὰ δὲ τοῦτο ἐπολέμησαν αὖθις πολέμους πρός τε Βοουΐους καὶ πρὸς Γαλάτας ἐκείνοις πλησιοχώρους καὶ πρὸς Λιγύων τινάς. τοὺς μὲν οὖν Λίγυας Σεμπρώνιος Γράκχος μάχῃ νικήσας ἐκάκου, καὶ τοῖς Γαλάταις Πούπλιος Οὐαλλέριος συμβαλὼν τὸ μὲν πρῶτον ἡττήθη, εἶτα πυθόμενος εἰς ἐπικουρίαν

12 *Μάλιος* PW. 13 *ἐσφάλη μὲν* ABCW, *ἐσφάληκεν* P. 19 *τε* add AB. 21 *ἀλλήριος* B.

FONTES. *Cap.* 18. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: exc. Peirescianum* 45, *Ursinianum* 150.

bus illorum arcesserentur, adeo non assenserunt, ut cum per legatos reconciliare illos non possent, omnes Carthaginiensium captivos gratis dimitterent, frumentum mitterent, e sociis provinciis conscribendi militis potestatem darent, clementiae laudem magis occupantes quam suis rationibus consulentes. unde post in negotia inciderunt. Hamilcar enim Barchinus ille victis hostibus Romanos quidem, quanquam eis infensissimus, bello petere non ausus est, sed contra magistratuum voluntatem in Hispaniam abiit.

18. Sed haec post facta sunt, tum autem Romani cum Faliscis bellum gesserunt, Manlio Torquato agrum illorum urente. qui cum eis congressus peditatu succubuit, equitatu victor. deinde repetita pugna eos domuit, armis equis supellectilibus servitiis et agri semisse multavit. tandem etiam antiqua urbs in arduo sita monte eversa, aliaque condita in planicie oppugnatu facilis. post alia bella cum Boiis et Gallis eorum vicinis et Liguribus quibusdam gesserunt. ac Ligures Sempronius Gracchus victor afflixit: P. Valerius a Gallis principio superatus, cum auxi-

αὐτοῦ τινας ἐκ τῆς Ῥώμης ἥκειν, ὁμόσε αὖθις τοῖς Γαλάταις ἐχώρησεν, P I 400 ἵν' ἢ καθ' ἑαυτὸν νικήσῃ ἢ ἀποθάνῃ· τοῦτο γὰρ μᾶλλον ἢ ζῶν αἰσχύνην ὀφλεῖν προείλετο· καί πως κατὰ τύχην ἐκράτησε.

Τότε μὲν οὖν ταῦθ' οὕτως τοῖς Ῥωμαίοις συνήντησαν, καὶ Σαρδὼ παρὰ τῶν Καρχηδονίων ἀμαχεὶ χρήματά τε αὖθις ἔλαβον, W II 66 ἐγκαλέσαντες αὐτοῖς βλάπτειν σφῶν τοὺς πλέοντας (οὔπω γὰρ κρατυνθέντες οἱ Καρχηδόνιοι τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν ἐδεδοίκεσαν)· τῷ δ' ἑξῆς ἔτει Λούκιος Λέντουλος καὶ Κύϊντος Φλάκκος ἐπὶ τοὺς Γαλάτας στρατεύσαντες, ἕως μὲν ὁμοῦ διῆγον, ἦσαν ἀνανταγώνιστοι, ἐπεὶ δὲ διχῇ πορθεῖν τινα ἤρξαντο, ὡς οὕτω πλείω λείαν περιβαλούμενοι, ἐς κίνδυνον τὸ τοῦ Φλάκκου κατέστη στρατόπεδον, B νυκτὸς κυκλωθέν. ἀλλὰ τότε μὲν οἱ βάρβαροι ἀνεκόπησαν, προσλαβόμενοι δὲ συμμάχους χειρὶ πολλῇ αὖθις ἐπὶ τοὺς Ῥωμαίους ἐχώρησαν. ἀπαντησάντων δὲ σφίσι Πουπλίου τε Λεντούλου καὶ Λικιννίου Οὐάρου ἤλπισαν αὐτοὺς διὰ τὸ πλῆθος τὸ σφέτερον καὶ ἄνευ μάχης καταπλήξειν· καὶ πέμψαντες τήν τε χώραν τὴν περὶ τὸ Ἀρίμινον ἀπῄτουν, καὶ τῆς πόλεως ὡς αὐτῶν οὔσης ἐξοικισθῆναι ἐκέλευον. οἱ δ' ὕπατοι μήτε συμβαλεῖν θαρροῦντες δι' ὀλιγότητα μήτε τι προέσθαι τολμῶντες ἀνοχὰς ἔπραξαν, ὡς ἐς τὴν Ῥώμην πρεσβεύσωνται. οἱ δ' ἐπὶ τὴν βουλὴν ἐλθόντες τὰ αὐτὰ εἶπον. ὡς δ' οὐδενὸς οἱ πρέσβεις ὧν ᾔτουν C

2 νικήσῃ A, νικήσοι et ἀποθάνοι PW. 5 σαρδόνιοι aliquot codices (v. annot.): nostri σαρδῶ. ἀμαχεὶ om B. 7 κρατηθέντες B. 13 ἐπὶ τοὺς ῥωμαίους αὖθις A. 14 ἀπαρτησάντων A. 17 ἀρίμηνον AB, Ἀρίμενον PW: p. 172 v. 22 Ἀριμίνῳ et p. 483 ed. Par. Ἀρίμινον. 19 τι add AB. ἐνοχὰς A.

lia sibi mitti Roma audisset, Gallos denuo est aggressus, ut aut per se victoria potiretur aut mortem oppeteret, quam vitae ignominiosae praeferebat: ac fortuna quadam vicit.

Tum igitur ita oum Romanis actum; eisque Sardinia citra pugnam, et pecuniae rursus datae a Carthaginiensibus: qui cum negotiatores Romanos in mari male tractasse accusarentur, nondum firmatis opibus, minas illorum timuerunt. sequenti anno L. Lentulus et Q. Flaccus bello contra Gallos suscepto, dum una agebant, insuperabiles erant, sed cum separati loca quaedam maioris praedae cupiditate vastare coepissent, Flacci castra noctu circumdata in periculo fuerunt. barbari vero tum repulsi multis sociis adscitis cum magna manu denuo Romanos invaserunt. et P. Lentulo et Licinio Varo se ob multitudinem suam vel sine pugna terrorem incussuros arbitrati, per legatos Ariminensem agrum repetierunt, et eos ipsa urbe, quae sua esset, cedere iusserunt. consules vero, nec ob paucitatem confligere neque illa concedere ausi, inducias fecerunt, ut iis de rebus legati a Gallis Romam mitterentur. qui cum apud senatum eadem postulassent, neque quicquam impetrassent, in ca-

[redacted]

ἐτύγχανον, εἰς τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρησαν. καὶ εὗρον ἐφθαρμένα σφίσι τὰ πράγματα· τινὲς γὰρ τῶν συμμάχων αὐτῶν μεταγνόντες καὶ διὰ φόβου τοὺς Ῥωμαίους πεποιημένοι ἐτράποντο ἐπὶ τοὺς Βοουΐους, καὶ συχνοὶ ἀπώλοντο ἀμφοτέρωθεν, κἀντεῦθεν ἀπῆλθον οἴκαδε οἱ λοιποί, καὶ οἱ Βοούϊοι σπονδὰς ἐπὶ μέρει πολλῷ τῆς χώρας σφῶν ἐποιήσαντο.

Ἤδη δὲ τῶν Γαλατικῶν λυθέντων πολέμων ὁ Λέντουλος ἐστράτευσεν ἐπὶ Λίγυας, καὶ τοὺς προσπίπτοντας ἠμύνετο καί τινα ἐρύματα παρεστήσατο. Οὔαρος δὲ ἐπὶ Κύρνον ὁρμήσας,
D καὶ μὴ δυνηθεὶς ἀπορίᾳ πλοίων περαιωθῆναι, Κλαύδιόν τινα Κλινέαν σὺν δυνάμει προέπεμψε. κἀκεῖνος τοὺς Κυρνίους καταπλήξας ἐς λόγους ἦλθε, καὶ ὡς αὐτοκράτωρ τυγχάνων ἐσπείσατο. Οὔαρος δὲ τῶν συνθηκῶν μὴ φροντίσας ἐπολέμησε τοῖς Κυρνίοις, ἕως αὐτοὺς ἐχειρώσατο. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὸ παρασπόνδημα ἀποπροσποιούμενοι ἔπεμψαν αὐτοῖς ἐκδιδόντες τὸν Κλαύδιον· ὡς δ' οὐκ ἐδέχθη, ἐξήλασαν αὐτόν. ἐπὶ δὲ Καρχηδονίους μέλλοντες στρατεύσειν, ὡς τοῖς σφῶν ἐμπόροις λυμαινομένους, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησαν, χρήματα δ' ἐπιπραξάμενοι ἀνενεώσαντο τὰς σπονδάς. ἔμελλον δὲ μηδ' ὣς ἐς μακρὰν αἱ συνθῆκαι μένειν. τὰ
P I 401 μὲν οὖν τῶν Καρχηδονίων ἀνεβέβλητο, ἐπὶ δὲ τοὺς Σαρδονίους μὴ πειθομένους αὐτοῖς ἐστράτευσαν· καὶ ἐνίκησαν. μετὰ δὲ ταῦτα ἔπεισαν τοὺς Σαρδονίους οἱ Καρχηδόνιοι κρύφα τοῖς Ῥω-

8 πίπτοντας A. 10 κλαύδιόν τινα κλινέαν AB, Κλινέαν Κλαύδιον τινὰ PW. 14 οἱ δὲ Ῥωμαῖοι — 16 ἐξήλασαν αὐτόν Dionis excerptum Peirescianum 45. 15 τὸν om A. 18 χρήματα — 19 σπονδάς Dionis excerptum Ursinianum 150. 19 μακρὸν AB. 20 οὖν om C. 21 μετὰ ταῦτα δὲ AB.

stra reversi, res suas perditas repperererunt. quidam enim ex eorum sociis mutata sententia, Romanos timentes, Boios sunt aggressi. et utrinque multi ceciderunt: unde reliqui domum redierunt: Boii per pactiones magna agri sui parte sunt multati.

Gallicis bellis iam confectis Lentulus contra Ligures arma cepit, et iis qui occurrebant profligatis castella quaedam subegit. Varus Corsicam petiturus cum propter navigiorum penuriam traiicere non posset, Claudium Clineam cum copiis praemisit. qui Corsis territis in colloquium venit et, quasi summum imperium teneret, pacem cum eis fecit. Varus autem nulla pactionis habita ratione eos oppugnare non destitit donec subegisset. Romani vero id crimen violati foederis a sese amoventes Claudium eis dediderunt, non receptum expulerunt. bellum adversus Carthaginienses ob mercatorum suorum iniurias susceptum deposuerunt; exactaque pecunia foedus renovarunt, ne sic quidem diu duraturum. ac Carthaginiensi bello dilato Sardos dicto non audientes adorti vicerunt:

μαίοις ἐπαναστῆναι. καὶ τούτοις οἱ Κύρνιοι προσαπέστησαν, καὶ οἱ Λίγυες οὐχ ἡσύχασαν.

Τῷ δ' ἐπιγενομένῳ ἔτει τριχῇ τὰς δυνάμεις διελόμενοι οἱ Ῥωμαῖοι, ἵν' ἅμα πολεμούμενοι πάντες μὴ συμβοηθοῖεν ἀλλήλοις, Ποστούμιον μὲν Ἀλβῖνον εἰς τὴν Λιγυστικήν, Σπούριον δὲ Καρουΐλιον ἐπὶ τοὺς Κυρνίους, ἐς δὲ τὴν Σαρδὼ τὸν ἀστυνόμον Πούπλιον Κορνήλιον ἔπεμψαν. καὶ οἱ μὲν ὕπατοι οὐκ ἀπόνως μέν, οὐ βραδέως δὲ τὰ προσταχθέντα σφίσι κατέπραξαν· τοὺς B δὲ Σαρδονίους μή τι μέτριον φρονοῦντας ἰσχυρᾷ μάχῃ ὁ Καρουΐλιος κατεστρέψατο· ὁ γὰρ Κορνήλιος καὶ τῶν στρατιωτῶν πολλοὶ ὑπὸ νόσου ἐφθάρησαν. ἐπεὶ δ' οἱ Ῥωμαῖοι ἐκ τῆς χώρας αὐτῶν ἀπηλλάγησαν, ἀπέστησαν αὖθις οἱ Σαρδόνιοι καὶ οἱ Λίγυες. Κύϊντος μὲν οὖν Φάβιος Μάξιμος ἐπέμφθη πρὸς Λίγυας, ἐς δέ γε τὴν Σαρδὼ Πομπώνιος Μάνιος. τούς γε μὴν Καρχηδονίους ὡς αἰτίους αὐτοῖς τῶν πολέμων ὄντας πολεμίους ἔκριναν, καὶ W II 67 πέμψαντες πρὸς αὐτοὺς χρήματά τε ἀπῄτουν καὶ ἁπασῶν ἐκπλεῖν τῶν νήσων ἐπέταττον ὡς αὐτοῖς διαφερουσῶν. ἐκφαίνοντες δὲ καὶ τὴν σφετέραν διάνοιαν δόρυ αὐτοῖς ἐπέστειλαν καὶ κηρύκιον, C ἓν ἑλέσθαι κελεύοντες ὁποῖον ἂν ἐθελήσωσιν. οἱ δὲ μηδὲν ὑποπτήξαντες τά τε ἄλλα τραχύτερον ἀπεκρίναντο, καὶ τῶν πεμφθέντων σφίσιν αἱρεῖσθαι μὲν εἶπον οὐδέτερον, δέχεσθαι δ' ἑτοίμως ὁπότερον καταλείψουσιν. ἐντεῦθεν μὲν ἐμίσουν ἀλλήλους, ὤκνουν δὲ πολέμου κατάρξασθαι.

3 δ' om A. 6 καργίλιον A. ἐς δὲ] ἐπὶ A. 8 οὐ om A. 9 φρονοῦντας μέτριον A. 10 ὁ μὲν γὰρ A. 19 ἓν] ὃν C. 22 ἐμίσουν μὲν AB.

qui deinde a Carthaginiensibus clam ad rebellionem incitati sunt. defecerunt et Corsi, nec Ligures quieverunt.

Sequenti anno Romani copiis trifariam divisis, ut hostes simul bello infestati auxilia invicem ferre non possent, Postumium Albinum in Ligusticum, Sp. Carvilium contra Corsos, in Sardiniam P. Cornelium praetorem miserunt. consules licet haud citra laborem, citra moram tamen mandata exsecuti sunt. Sardos nihil modicum animis agitantes Carvilius ingenti praelio subegit: Cornelius enim et multi milites morbo perierant. Romanis digressis Sardi et Ligures de integro defecerunt. contra Ligures missus est Q. Fabius Maximus, in Sardiniam Manius Pomponius. Carthaginienses, ut eorum bellorum auctores, hostes iudicati, iussi numerare pecuniam et omnibus cedere insulis, ut quae Romanorum essent. et ut sententiam suam magis declararent, hastam illis et caduceum miserunt, optione data utrum mallent. sed Carthaginienses nihil territi, tum ad alia responderunt asperius, tum se neutrum velle dixerunt, sed illud alacriter accepturos quod legati reliquissent. hinc mutuis odiis conceptis neutri bellum auspicari sunt ausi.

[redacted]

Κινηθέντων δ' αὖθις τῶν Σαρδονίων ἐπ' αὐτοὺς οἱ ὕπατοι ἄμφω ἐστράτευσαν Μάρκος τε Μαλέολος καὶ Μάρκος Αἰμίλιος. καὶ πολλὰ μὲν λάφυρα ἔλαβον, παρὰ δὲ τῶν Κυρνίων, προσσχόντες αὐτοῖς, αὐτὰ ἀφῃρέθησαν· διὸ μετὰ ταῦτα ἐπ' ἀμφοτέρους οἱ Ῥωμαῖοι ἐτράποντο. καὶ Μάρκος μὲν Πομπώνιος Σαρδόνας
D ἔφερε, καὶ μαθὼν τοὺς πλείονας αὐτῶν ἐς σπήλαια ὑλώδη καὶ δυσεξεύρετα καταδύντας, μὴ δυνάμενός τε αὐτοὺς εὑρεῖν, κύνας ἐκ τῆς Ἰταλίας μετεπέμψατο εὔρινας, καὶ δι' ἐκείνων τὴν στίβον καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν βοσκημάτων εὑρὼν πολλὰ ἀπετέμετο· Γάϊος δὲ Παπείριος ἐκ μὲν τῶν πεδίων τοὺς Κυρνίους ἀπήλασε, βιαζόμενος δὲ πρὸς τὰ ὄρη συχνοὺς ἐξ ἐνέδρας ἀπέβαλε, πλείους τε ἂν ὕδατος ἀπορίᾳ ἀπώλεσεν, εἰ μή που ὕδωρ ὀψέ ποτε ἀνεφάνη, καὶ ἔπεισε τοὺς Κυρνίους ὁμολογῆσαι.

19. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ Ἀμίλκας ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς πρὸς Ἰβήρων νικηθεὶς ἔθανεν. ἀντιπαραταξαμένου
P I 402 γὰρ σφίσιν ἁμάξας δᾴδων καὶ πίσσης μεστὰς πρὸ τοῦ στρατοῦ τῶν Καρχηδονίων προήγαγον, καὶ πλησιάσαντες ἀνῆψαν αὐτάς, καὶ τὰ ἕλκοντα αὐτὰς ὑποζύγια ἐπισπέρχοντες οἴστρησαν. κἀκ τούτου συνταραχθέντων τῶν ἐναντίων διασπασθέντων τε καὶ τραπομένων ἑπόμενοι κἀκεῖνον καὶ ἄλλους πλείστους ἐφόνευσαν. καὶ ὁ μὲν ἐπὶ πλεῖστον ἀνθήσας οὕτως ἐτελεύτησε, τελευτήσαντα

2 ἐστρατεύσαντο A. τε] δὲ PW. 3 προσχόντες PW. 4 ἐπ' om C. ἀμφοτέροις A. 5 σαρδῶνας BCW: "mss omnes Σαρδόνας" Ducangius. 7 καταδύναι A. 9 καὶ prius om A. 11 συχνοὺς] πολλοὺς B. 12 τε] δ' B corr.

Fontes. *Cap.* 19. *Dionis Historiae Romanae libri deperditi: exc. Vaticanum* 64 *p.* 184 *extr., Ursinianum* 151, *Valesianum* 12 *e Tzetzae scholiis in Lycophronis Alexandram v.* 603.

Contra Sardos autem denuo tumultuantes ambo consules M. Malleolus et M. Aemilius missi magnam praedam ceperunt: quae eis a Corsis, cum eo appulissent, est erepta. qua de causa post Romani utrosque invaserunt. M. Pomponius, qui Sardos infestabat, cum eorum plurimos in saltuosis specubus abditos indagare non posset, sagaces canes ex Italia arcessivit, per eosque tramitibus hominum et pecudum investigatis, multos inde extraxit. C. vero Papirius Corsos planitie pulsos cum in montes adegisset, per insidias multos amisit, et prae siti plures amisisset, ni sero tandem aqua inventa Corsis ut deditionem facerent persuasisset.

19. Sub hoc tempus Hamilcar dux Carthaginiensium ab Hispanis victus occubuit. nam cum aciem contra eos instruxisset, illi currus facibus et pice plenos ante copias Carthaginiensium produxerunt; cumque prope ventum esset, iis incensis iumenta incitata in rabiem egerunt; eaque re adversarios turbatos, divulsos et in fugam versos assectati, et

δὲ αὐτὸν Ἀσδρούβας ὁ γαμβρὸς διεδέξατο. καὶ τῆς Ἰβηρίας πολλὰ προσεκτήσατο, πόλιν τε ἐν αὐτῇ Καρχηδόνα ὁμώνυμον τῇ πατρίδι ἔκτισε.

Τῶν δέ γε Βοουΐων καὶ τῶν ἄλλων Γαλατῶν πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, πλείστους δὲ καὶ αἰχμαλώτους πωλούντων, δείσαντες οἱ Ῥωμαῖοι μήποτε κατ᾽ αὐτῶν τοῖς χρήμασι χρήσωνται, ἀπεῖπον B μηδένα ἀνδρὶ Γαλάτῃ μήτ᾽ ἀργύριον μήτε χρυσίον διδόναι. ἐντεῦθεν οἱ Καρχηδόνιοι μαθόντες τοὺς ὑπάτους Μάρκον Αἰμίλιον καὶ Μάρκον Ἰούνιον εἰς τὴν Λιγυστικὴν ἀπάραντας, παρεσκευάζοντο εἰς τὴν Ῥώμην ἐλάσαι. γνόντων δὲ τοῦτο τῶν ὑπάτων, καὶ ἐπ᾽ αὐτοὺς ἀθρόον ὡρμηκότων, ἐξεπλάγησαν καὶ ἀπήντησαν αὐτοῖς ὡς φίλιοι. κἀκεῖνοι δὲ ὑπεκρίθησαν ὅτι οὐκ ἐπ᾽ ἐκείνους ἀπῄεσαν, ἀλλὰ διὰ τῆς χώρας αὐτῶν ἐς τοὺς Λίγυας.

Ῥωμαῖοι δὲ τόν τε Ἰόνιον ἐπεραιώθησαν καὶ τῆς ἠπείρου τῆς Ἑλληνικῆς ἥψαντο· πρόφασις δ᾽ αὐτοῖς τοῦ πλοῦ ἐγένετο ἥδε. Ἴσσα νῆσός ἐστιν ἐν τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ κειμένη. οἱ γοῦν C ταύτης κάτοικοι Ἰσσαῖοι καλούμενοι ἐθελονταὶ τοῖς Ῥωμαίοις παραδεδώκασιν ἑαυτούς, τῷ σφῶν κρατοῦντι ἀχθόμενοι Ἀγρῶνι τῷ τῶν Σαρδιαίων βασιλεῖ, γένους Ἰλλυρικοῦ. πρὸς ὃν οἱ ὕπατοι πρέσβεις ἔπεμψαν. ἐκείνου δὲ τεθνεῶτος ἐπὶ υἱῷ διαδόχῳ παιδὶ ἔτι, ἡ ἐκείνου γυνή, τοῦ δὲ παιδὸς μητρυιά, τὴν τῶν Σαρδιαίων

6 χρήσονται A. 10 τοῦτο καὶ τῶν A. 12 φίλοι A. 16 οἱ γοῦν — 18 ἑαυτούς Dionis excerptum Vaticanum 64 p. 184 extr. οἱ γοῦν — p. 170 v. 17 τῆς ἀρχῆς Dionis excerptum Ursinianum 151. 18 ἀγρῶνι B, ἀγῶνι A, Ἀχρῶνι PW. 19 Σαρδιαίων] sic libri mss omnes hic et infra, non Ἀρδιαίων. cf. annot. πρέσβεις οἱ ὕπατοι B. 21 ἔτι] ὅτι C.

ducem et plurimos alios ceciderunt. Hamilcari post diuturnam felicitatem ad hunc modum interfecto gener Hasdrubal successit. ac multis Hispaniae urbibus subactis Carthaginem patriae cognominem condidit.

Boiis caeterisque Gallis ex venditione tum aliarum rerum tum plurimorum captivorum magnam pecuniam facientibus, veriti Romani ne iis opibus contra se uterentur, edixerunt ne quis homini Gallo vel aurum vel argentum daret. deinde Carthaginienses M. Aemilii et M. Iunii in Ligusticum expeditione cognita se ad Romam invadendam paraverunt. quo consules intellecto, ex improviso eos adorti terruerunt, ut per amicitiae speciem eis obviam egrederentur. simularunt illi quoque se non contra illos esse profectos, sed per eorum agrum in Liguriam ituros.

Romani sinu Ionio transmisso ad Graeciae continentem hac de causa appulerunt. Issa insula in Ionio sinu sita est. cuius incolae Issaei Romanis ultro se dediderunt, suo domino Agroni Sardiaeorum regi, gentis Illyricae, irati. ad eum consules legatos miserunt. sed illo mortuo, filio adhuc impubi haerede relicto, uxor eius pueri noverca Sardiaeorum

[redacted]

διεῖπεν ἀρχήν. ἣ τοῖς πρέσβεσιν οὐδὲν μέτριον ἐχρημάτισε, παρ-
ρησιασαμένους δὲ τοὺς μὲν ἔδησε τοὺς δὲ ἀπέκτεινε. τῶν δὲ Ῥω-
μαίων πόλεμον ψηφισαμένων αὐτῇ κατέπτηξε, καὶ τούς τε σωζο-
μένους τῶν πρέσβεων ἀποδώσειν ὑπέσχετο, καὶ τοὺς θανόντας
D *ἔλεγεν ὑπὸ λῃστῶν πεφονεῦσθαι. τῶν δὲ Ῥωμαίων τοὺς αὐτό-*
χειρας ἐξαιτησαμένων οὔτε τινὰ ἐκδώσειν ἔφη, καὶ ἐπὶ τὴν Ἴσσαν
ἔστειλε στράτευμα. εἶτα αὖθις δείσασα Δημήτριόν τινα πρὸς
W II 68 *τοὺς ὑπάτους ἔπεμψεν, ὡς ἑτοίμη πρὸς πᾶν ὑπακοῦσαι αὐτῶν.*
καὶ σπονδαὶ πρὸς τὸν πεμφθέντα ἐγένοντο, τὴν Κέρκυραν αὐτοῖς
παρασχόμενον. τῶν δὲ πρὸς τὴν νῆσον περαιωθέντων ἀνεθάρ-
σησεν αὖθις, οἷα γυνὴ κούφην ἔχουσα γνώμην καὶ εὐμετάβολον,
καὶ πρὸς Ἐπίδαμνον καὶ Ἀπολλωνίαν ἐξέπεμψε στρατιάν. τῶν
δὲ Ῥωμαίων τὰς πόλεις τε ῥυσαμένων καὶ πλοῖα αὐτῆς κατασχόν-
P I 403 *των μετὰ χρημάτων ἐκ Πελοποννήσου προσπλέοντα, καὶ τὰ χωρία*
πορθησάντων τὰ πάραλα, καὶ τοῦ Δημητρίου διὰ τὴν ἐμπληξίαν
ἐκείνης πρὸς Ῥωμαίους μεθεστηκότος καὶ ἄλλους αὐτομολῆσαι
πεπεικότος, κατέπτηξε καὶ ἀπέσχετο τῆς ἀρχῆς. καὶ τὴν μὲν ὁ
Δημήτριος ὡς τῷ παιδὶ ἐπιτροπεύσων εἰλήφει, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι
διὰ ταῦτα παρὰ Κορινθίων ἐπῃνέθησαν, καὶ τοῦ Ἰσθμικοῦ μετέ-
σχον ἀγῶνος, καὶ στάδιον ἐν αὐτῷ ὁ Πλαῦτος ἐνίκησε. καὶ πρὸς
Ἀθηναίους δὲ φιλίαν ἐπεποιήκεσαν, καὶ τῆς πολιτείας σφῶν τῶν
τε μυστηρίων μετέσχον.

3 *πόλεμον* om A. 5 *ὑπὸ τῶν λῃστῶν* A. 6 *ἐξαιτησάντων* A, *ἀπαιτησάντων* B. 13 *δὲ* om C. 14 *Πελοπονήσου* PW. 15 *πορθησάντων* AB, *πορθησαμένων* PW. 16 *καθεστηκότος* A. 17 *κατέδεισε* B, *κατέδεσε* A.

imperium administravit, nec ullum aequum legatis responsum dedit. qui cum liberius locuti essent, alios occidit alios vinxit. cum autem Romani bellum ei decrevissent, territa se et incolumes legatos redditturam pollicetur, et mortuos a latronibus esse caesos ait. Romanis vero caedium auctores poscentibus, neque se quemquam dedituram esse dixit, et Issam exercitum misit. deinde rursus territa Demetrium ad consules misit, tanquam per omnia morem eis gestura. et pax facta est cum legato, Corcyra ab eo accepta. sed cum Romani ad insulam traiecissent, resumpta fiducia, ut mulier levi et mutabili praedita ingenio, ad Epidamnum et Apolloniam misit exercitus. verum quia Romani iis urbibus liberatis, illiusque navibus cum pecunia ex Peloponneso venientibus captis, oram maritimam vastabant, Demetrius autem ob mulierculae vecordiam ad Romanos se contulerat, multis transfugis secum adductis, abiecto animo, imperio abstinuit: quod Demetrius tutorio nomine suscepit. hac de causa Romani a Corinthiis laudati sunt et ad Isthmiacos ludos admissi, in quibus Plautus stadium vicit. inita cum Atheniensibus quoque amicitia civitate donati et ad initia sunt admissi.

Τὸ δ' Ἰλλυρικὸν ὄνομα πάλαι μὲν ἐν ἄλλοις ἐπεκέκλητο, ὕστερον δὲ ἐς τὴν ἄνω μεταβέβηκεν ἤπειρον καὶ ὑπὲρ τὴν Μακεδονίαν τήν τε Θρᾴκην τὴν ἐντὸς τοῦ Αἵμου καὶ τὴν πρὸς τῇ Ῥοδόπῃ, B καὶ ἔστιν ἐν τῷ μέσῳ τούτων τῶν ὀρῶν καὶ τῶν Ἄλπεων τοῦ τε Αἴνου ποταμοῦ καὶ τοῦ Ἴστρου μέχρι τοῦ Εὐξείνου πόντου, καί πῃ καὶ ἐπέκεινα τοῦ Ἴστρου νέμεται.

Λογίου δέ ποτε τοῖς Ῥωμαίοις ἐλθόντος, καὶ Ἕλληνας καὶ Γαλάτας τὸ ἄστυ καταλήψεσθαι, Γαλάται δύο καὶ Ἕλληνες ἕτεροι ἔκ τε τοῦ ἄρρενος καὶ τοῦ θήλεος γένους ζῶντες ἐν τῇ ἀγορᾷ κατωρύγησαν, ἵν' οὕτως ἐπιτελὲς τὸ πεπρωμένον γενέσθαι δοκῇ, καί τι κατέχειν τῆς πόλεως κατορωρυγμένοι νομίζωνται.

Μετὰ δὲ τοῦτο Σαρδόνιοι ἐν δεινῷ ποιούμενοι ὅτι στρατηγὸς Ῥωμαίων ἀεὶ καθειστήκει αὐτοῖς, ἐπανέστησαν· αὖθις δὲ ἐδουλώθησαν.

20. Ἰνσοῦβροι δὲ Γαλατικὸν γένος, συμμάχους ἐκ τῶν C ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ὁμοφύλων προσειληφότες, ὅπλα τοῖς Ῥωμαίοις ἐπήνεγκαν· διὸ καὶ αὐτοὶ ηὐτρεπίζοντο. ληϊσαμένων δὲ τῶν βαρ-

3 αἵμου codex Parisiensis Regius 1714: reliqui cum PW αἱμου. 4 ἔστιν om A, non male. ἄλπεων A, Ἀλπίων PW. 5 Αἵμου PW. "Αἵμου tres mss Regii" Ducangius. at non nisi duobus codicibus Regiis (nunc 1714 et 1716) et uno Colbertino (nunc Reg. 1717) Ducangius hoc loco usus est, quorum duo (1716 et 1717) hic et paulo supra αἵμου habent, unus 1714 αἵμου. etiam apud Stephanum Byzantium in lib. ms. Αἷμος ποταμὸς pro Αἶνος legitur. Illyrici Occidentalis pars erat Noricum, quod ad Aenum sive Oenum fluvium porrigebatur. 7 Λογίου — 11 νομίζωνται ex Dione, ut videtur, Tzetzes ad Lycophronis v. 603 (exc. Vales. 12). 9 prius τοῦ om A. 10 γενέσθαι om A. 17 προσήνεγκαν B.

Fontes. *Cap. 20. Dionis Historiae Romanae libri deperditi: exc. Vaticanum 66 p. 186, Peirescianum 46.*

Illyrici nomen, olim aliis locis attributum, post in superiorem continentem supra Macedoniam et Thraciam intra Haemum et Rhodopen transiit: sitaque est Illyria in medio horum montium et Alpium, et intra Aenum fluvium et Istrum usque ad pontum Euxinum: alicubi etiam ultra Istrum evagatur.

Cum aliquando Romanis oraculum esset redditum, Graecos et Gallos urbem occupaturos, duos Gallos et totidem Graecos utriusque sexus in medio foro vivos defoderunt, ut ita fatis satisfactum esse, itaque defossi partem urbis aliquam tenere viderentur.

Sardi perpetuam Romani praetoris praesentiam aegre ferentes seditionem moverunt, sed denuo subacti sunt.

20. Insubres Gallica gens, auxiliis a Transalpinis popularibus arcessitis, Romanis arma intulerunt: quare et ipsi ad bellum accingeban-

[redacted]

βάρων τινά, τελευταῖον χειμῶνος μεγάλου νύκτος συμβάντος ὑπετόπησαν τὸ θεῖον ἐναντιοῦσθαι αὐτοῖς καὶ ἠθύμησαν, καὶ καταπτήξαντες φυγῇ τὴν σωτηρίαν πορίσασθαι ἐπεχείρησαν. καὶ ὁ Ῥηγοῦλος αὐτοὺς κατεδίωξε, καὶ τοῖς ὀπισθοφυλακοῦσι προσμίξας ἡττήθη τε καὶ ἀπέθανεν· Αἰμίλιος δὲ λόφον τινὰ κατασχὼν ἡσύχαζεν. ἀντικατασχόντων δὲ καὶ τῶν Γαλατῶν ἕτερον, ἐπί τινας
D μὲν ἡμέρας ἠρέμουν, ἔπειτα οἱ μὲν ὀργῇ τοῦ γεγονότος, αὐχήματι δὲ τῆς νίκης οἱ βάρβαροι, καταδραμόντες ἀπὸ τῶν μετεώρων συνέβαλον. καὶ ἐπὶ πολὺ μὲν ἰσορρόπως ἐμάχοντο, τέλος δ' οἱ Ῥωμαῖοι τῷ ἱππικῷ περισχόντες αὐτοὺς κατέκοψαν, καὶ τὸ στρατόπεδον αὐτῶν εἷλον καὶ τὰ λάφυρα ἐκομίσαντο. καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς τῶν Βοουΐων ὁ Αἰμίλιος ἐλυμήνατο, καὶ τὰ ἐπινίκια ἤγαγε, τούς τε πρώτους τῶν ἁλόντων ὡπλισμένους ἐπὶ τὸ Καπιτώλιον ἀνεκόμισεν, ἐπισκώπτων αὐτοῖς ὡς ὀμωμοκόσι μὴ πρότερον τοὺς θώρακας ἀποδύσασθαι πρὶν ἀνελθεῖν εἰς τὸ Καπιτώλιον. ἐκ δὲ τούτου τήν τε τῶν Βοουΐων ἅπασαν προσεκτήσαντο, καὶ τὸν
P I 404 Ἠριδανὸν τότε πρῶτον ἐπὶ τοὺς Ἰνσούβρους διέβησαν, καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐπόρθουν.

Τεράτων δ' ἐν τούτῳ γενομένων ἐς μέγα δέος οἱ ἐν τῇ Ῥώμῃ κατέστησαν· ποταμός τε γὰρ ἐν τῷ Πικινῷ αἱματώδης ἐρρύη, κἀν τῇ Τυρσηνίδι καίεσθαι τοῦ οὐρανοῦ πολὺ ἔδοξε, καὶ ἐν τῷ Ἀριμίνῳ φῶς νύκτωρ ἡμέρᾳ προσεοικὸς ἔλαμψε, καὶ πολλαχόθι τῆς Ἰταλίας τρεῖς σελῆναι νυκτὸς ἐφαντάσθησαν, κἀν τῇ ἀγορᾷ

3 ὁ om A. 11 καὶ μετὰ — 15 Καπιτώλιον Dionis excerptum Vaticanum 66. 17 ἰσούβρους B. 21 τοῦ οὐρανοῦ om C.

tur. barbari autem cum quaedam loca populati essent, tandem noctu magna tempestate orta, deos sibi infestos esse rati abiectis animis trepidi fuga salutem quaerere instituerunt. quos Regulus persecutus, et extremum agmen aggressus, victus occubuit. Aemilius cum tumulum quendam occupasset, Galli idem imitati per dies aliquot quieverunt. deinde illi cladis acceptae dolore, barbari victoriae insolentia impulsi, de tumulis decurrerunt; cumque diu aequo Marte certatum esset, Romani denique eos equitatu circumdatos occiderunt, castris direptis et spoliis recuperatis. post haec Aemilius Boiorum agris vastatis triumphans captivorum principes armatos in Capitolium perduxit, insolentiam eorum irridens, quod se thoraces non prius exuturos iurassent quam in Capitolium venissent. ab eo tempore Boiorum terram omnem occuparunt; et tum primum Pado superato Insubres invaserunt, eorumque agros vastarunt.

Interea Roma prodigiis perterrita est. nam et in Piceno flumen sanguine manavit, et in Etruria magnus caeli tractus ardere visus, et Arimini lux noctu instar diei fulsit, et alibi in Italia tres lunae noctu apparuerunt, et vultur in foro per dies complures sedit. consules igitur,

γὺψ ἐφ' ἡμέρας πλείονας ἐνιδρύθη. διά τε γοῦν τὰ τέρατα ταῦτα, καὶ ὅτι τινὲς παρανόμως ἔλεγον τοὺς ὑπάτους αἱρεθῆναι, μετε- W II 69 πέμψαντο αὐτούς. δεξάμενοι δὲ τὰ γράμματα οἱ ὕπατοι οὐκ εὐθὺς αὐτὰ ἀνέγνων, ἄρτι πρὸς πόλεμον καθιστάμενοι, ἀλλὰ B προσυμβαλόντες ἐκράτησαν. μετὰ δὲ τὴν μάχην ἀναγνωσθείσης τῆς ἐπιστολῆς ὁ μὲν Φούριος ἑτοίμως ἐπείθετο, ὁ δέ γε Φλαμίνιος ἐπαιρόμενος τῇ νίκῃ τήν τε αἵρεσιν αὐτῶν ἀπεδείκνυ δι' αὐτῆς ὀρθῶς ἔχουσαν, καὶ διὰ τὸν πρὸς αὐτὸν φθόνον ἐνέκειτο καὶ τοῦ θείου τοὺς δυνατοὺς καταψεύδεσθαι. οὔτ' οὖν ἀπαναστῆναι πρὶν τὸ πᾶν καταστήσασθαι ἤθελε, καὶ διδάξειν καὶ τοὺς οἴκοι ἔφη μήτ' ὄρνισι μήτ' ἄλλῳ δή τινι τοιούτῳ προσέχοντας ἀπατᾶσθαι. καὶ ὁ μὲν κατὰ χώραν μένειν ἤθελε καὶ τὸν συνάρχοντα κατέχειν ἐπειρᾶτο, Φούριος δ' οὐκ ἐπείθετο. τῶν δὲ μετὰ τοῦ Φλαμινίου μελλόντων καταλειφθήσεσθαι φοβηθέντων μὴ μο- C νωθέντες πάθωσί τι παρὰ τῶν ἐναντίων, καὶ δεηθέντων ἡμέρας τινὰς προσμεῖναι, ἐπείσθη, οὐ μέντοι καὶ ἔργου ἥψατο. Φλαμίνιος δὲ περινοστῶν τὴν χώραν ἔτεμνε καὶ ἐρύματά τινα κατεστρέψατο, τά τε λάφυρα πάντα τοῖς στρατιώταις, θεραπεύων αὐτούς, ἐχαρίσατο. ὀψὲ δ' οἴκαδε ἐπανελθόντες ὑπὸ μὲν τῆς γερουσίας αἰτίαν τῆς ἀπειθείας ἔσχον (διὰ γὰρ τὴν πρὸς τὸν Φλαμίνιον ὀργὴν ἠτίμασαν καὶ τὸν Φούριον), τὸ δὲ πλῆθος ἀντιφιλονεικῆσαν ὑπὲρ τοῦ Φλαμινίου ἐψηφίσαντο τὰ νικητήρια. καὶ ἀγαγόντες αὐτὰ ἐξέστησαν τῆς ἀρχῆς.

2 παραλόγως A. 10 καταστήσασθαι A, καταστήσεσθαι PW.
11 τοιούτῳ om C. 20 αἰτίαν AB, τὴν αἰτίαν PW.

tum ob haec prodigia tum quod vitio creati dicerentur, arcessiti sunt. verum non statim litteras legerunt, sed cum modo in aciem descendissent, commisso prius praelio vicerunt. epistola post pugnam lecta Furius haud gravatim paret: sed Flaminius victoria elatus eam argumento esse aiebat se rite creatos esse, et optimates ex invidia etiam diis affingere mendacia asseverabat. nec igitur nisi rebus omnibus confectis recedere voluit, et se cives suos edocturum esse dixit ne vel avium vel ullius alterius rei observatione fallerentur. itaque manere et collegae idem persuadere instituit. quod cum ille detrectaret, Flaminii milites veriti ne a caeteris destituti ab hostibus male tractarentur, precibus ab eo impetrarunt ut dies aliquot maneret: sed nihil rei gessit. Flaminius autem regionem ubique pervagatus agros vastavit et aliquot castella cepit; et militibus, ut eos sibi conciliaret, omnes manubias donavit. sero domum reversis contumaciae crimen a senatu est obiectum; et ob iram in Flaminium etiam Furio negatus honos. sed a multitudine, patribus pro Flaminio adversata, decreto actoque triumpho, magistratum deposuerunt.

[redacted]

Ἕτεροι δὲ ὕπατοι Κλαύδιος Μάρκελλος καὶ Γναῖος Σκιπίων
D *ἀνθαιρεθέντες ἐστράτευσαν ἐπὶ τοὺς Ἰνσούβρους· εἰρήνην γὰρ*
αὐτοῖς αἰτήσασιν οὐκ ἐψηφίσαντο. καὶ ἄμφω μὲν πρῶτον πολεμοῦντες τὰ πλείω ἐκράτουν, ἔπειτα τὴν συμμαχίδα λεηλατουμένην μαθόντες διῃρέθησαν. καὶ Μάρκελλος μὲν ἐπὶ τοὺς ληϊζομένους τὴν σύμμαχον διὰ ταχέων ἐλθὼν οὐ κατέλαβε σφᾶς ἐκεῖ, φεύγοντας δ' ἐπεδίωξε καὶ ὑποστάντας ἐνίκησε, Σκιπίων δὲ κατὰ χώραν μείνας Ἀκέρας ἐπολιόρκει, καὶ λαβὼν αὐτὰς ὁρμητήριον τοῦ πολέμου πεποίηκεν, οὔσας ἐπικαίρους καὶ εὐερκεῖς. κἀντεῦθεν ὁρμώμενοι τό τε Μεδιόλανον καὶ κωμόπολιν ἑτέραν ἐχειρώσαντο.
P I 405 *ἁλόντων δὲ τούτων καὶ οἱ λοιποὶ Ἰνσοῦβροι ὡμολόγησαν αὐτοῖς,*
χρήματα καὶ μέρος τῆς γῆς δόντες.

Εἶτα Πούπλιός τε Κορνήλιος καὶ Μάρκος Μινούκιος ἐπ' Ἴστρου ἐστράτευσαν, καὶ πολλὰ τῶν ἐκεῖ ἐθνῶν τὰ μὲν πολέμῳ τὰ δὲ ὁμολογίαις ὑπέταξαν. Λούκιος δὲ Οὐετούριος καὶ Γάϊος Λουτάτιος ἦλθον μέχρι τῶν Ἄλπεων, ἄνευ δὲ μάχης πολλοὺς ᾠκειώσαντο. ὁ μέντοι τῶν Σαρδιαίων ἄρχων Δημήτριος, ὡς ἄνω που εἴρηται, τοῖς ἐπιχωρίοις ἐπαχθὴς ἦν καὶ τὰ τῶν πλησιοίκων ἐκακούργει καὶ ἐδόκει τῇ Ῥωμαίων φιλίᾳ ἀποχρώμενος ἀδικεῖν. αἰσθόμενοι δὲ τοῦτο οἱ ὕπατοι Αἰμίλιος Παῦλος καὶ
B *Μάρκος Λιούϊος μετεπέμψαντο αὐτόν. ὡς δ' οὐχ ὑπήκουσεν*
ἀλλὰ καὶ τῆς συμμαχίδος σφῶν ἥπτετο, ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτὸν

1 *Μάρκελλος* om C. 6 *τῶν συμμάχων διὰ ταχέος* B ex corr. 7 *Ἀκέρας* om B. 10 *κῶμον πόλιν* W ex coniectura. 16 *Λουτάτος* PW, quae p. 161 v. 17 *Λουτάτιος*. 17 *ὁ μέντοι* — p. 175 v. 1 *Ἴσσῃ ὄντα* Dionis excerptum Peirescianum 46. 18 *ἄνω που*] p. 169 v. 18 sq.

tui urbis aditu interdixerunt, civitatis custodia praetoribus mandata. sed quum Caesar ad urbem venisset, multi ex senatu et plebe ad eum transierunt, praetoresque et se et milites eius fidei permiserunt. sic urbe citra pugnam potitus consul etiam a populo est designatus, in contionem non progressus, ne vim afferre civibus videretur. collega ei (si tamen ita nominandus est ac non potius administer) datus est Q. Pedius.

Consul factus statum civitatis arbitratu suo composuit: militibus pecuniam, quam e publico largiebatur, se de suo dare simulavit, et gratias egit. a senatu multi honores illi per speciem benevolentiae, sed revera cogente metu, sunt decreti: praeter caeteros vero in familiam Caesaris usitato ritu adoptatus cognomentum id accepit. quod etsi prius etiam usurparat veluti una cum haereditate acceptum, non tamen constanter tenuerat priusquam more maiorum confirmatum esset. ex eo C. Iulius Caesar Octavianus est appellatus: usitatum enim est ut qui adoptantur caetera nomina adoptantis assumant, uno ex gentiliciis retento.

16. Militibus conciliatis senatuque oppresso paterna legata po-

[redacted]

λὴν ἐδουλώσατο, τὴν τῶν καταλειφθέντων τῷ δήμῳ διανομὴν παρὰ τοῦ πατρὸς ἐποιήσατο, ἵνα καὶ τούτους ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσηται καὶ μὴ ἐναντιουμένους ἕξει πρὸς τὴν τῶν φονέων τοῦ πατρὸς τιμωρίαν τραπόμενος. δικαστήρια μὲν οὖν ἐκάθισεν, ἵνα C μὴ δοκῇ βιαίως τι πράττειν, καὶ ταῦτα τῶν πλειόνων ἀπόντων, τινῶν δὲ καὶ ἡγεμονίας ἐχόντων ἐθνῶν. εἰ δέ τινες καὶ παρῆσαν, οὔτε ἀπήντησαν δεδιότες, ἀλλὰ καὶ λάθρα που ἐξεχώρησαν. ἐρήμην οὖν οὐχ οἱ αὐτόχειρες οὐδ' οἱ συνομόσαντες μόνον ἥλωσαν, ἀλλὰ καὶ συχνοὶ ἕτεροι μὴ μετασχόντες τῆς ἐπιβουλῆς, τινὲς δὲ μηδ' ἐνδημοῦντες τότε τῇ πόλει, ὧν εἷς ἦν καὶ ὁ Πομπήϊος Σέξτος· οἳ πυρός τε καὶ ὕδατος εἴρχθησαν, καὶ αἱ οὐσίαι σφῶν ἐδημεύθησαν.

Ταῦτα τοίνυν πράξας ὁ Καῖσαρ ἐπὶ τὸν Λέπιδον καὶ τὸν Ἀντώνιον δῆθεν ἐστράτευσεν· ἔργον δ' οὐδὲν ἔπραξεν, οὐχ ὅτι W II 139 τῷ Ἀντωνίῳ κεκοινολόγητο καὶ δι' ἐκείνου καὶ τῷ Λεπίδῳ, ἀλλ' D ὅτι ἰσχυροὺς αὐτοὺς ἑώρα καὶ ὁμογνώμονας, καὶ ἤλπισε δι' αὐτῶν τόν τε Κάσσιον καὶ τὸν Βροῦτον μέγα δυνηθέντας ἤδη καταγωνίσασθαι καὶ μετὰ τοῦτο κἀκείνους δι' ἀλλήλων χειρώσασθαι. διὰ ταῦτα τὰς συνθήκας ὁ Καῖσαρ καὶ ἄκων ἐτήρει, καὶ καταλλαγὰς αὐτοῖς πρὸς τὴν βουλὴν καὶ πρὸς τὸν ὅμιλον ἐπρυτάνευσεν, οὐκ αὐτὸς ταύτας εἰσηγησάμενος διὰ τὸ ἀνύποπτον, ἀλλὰ τὸν Κύϊντον τοῦτο συμβουλεῦσαι παρασκευάσας. αὐτὸς δὲ τῶν ἐν τῇ πόλει κοινωσαμένων αὐτῷ περὶ τούτου ἄκων προσεποιεῖτο τῇ

8 οὐδ' οἱ] οἱ δὲ B. συνωμόσαντες PW. 10 ὁ κομπήϊον σέξστος A. 14 ἔργῳ A. 16 αὐτῶν] αἰτιῶν A. 17 μέγα] καὶ μέγα B. 19 ἐτήρησε A.

pulo distribuit, ut eum etiam sibi devinciret, nec in ulciscendis patris percussoribus adversarium haberet. ne quid autem per vim facere videretur, iudicia coegit; quamvis rei plerique abessent, nonnulli etiam provincias obtinerent. si qui vero aderant, ii se prae metu clam ex urbe proripiebant. quare indicta causa non percussores tantum et coniurati, sed multi etiam alii ei crimini non affines, quidam etiam qui tum urbe abfuerant, ut S. Pompeius, sunt condemnati et aqua atque igni interdicti, eorumque bona publicata.

His peractis contra Lepidum et Antonium Caesar est profectus: sed nihil rei gessit, non quod cum Antonio clam quaedam egerat et per illum cum Lepido, sed quod eos firmos et concordes esse videbat, spemque habebat eorum ope Bruti et Cassii, quorum iam magnae vires essent, debellandi, ac postea illos etiam inter se commissos opprimendi. his de causis vel invitus pacta servavit, operamque dedit ut senatui populoque reconciliarentur, non per se, quo minus suspecta res esset, sed Q. Pedio eius sententiae auctore subornato. ipse vero ea de re consultus a civibus, invitum se et coactum a militibus assentiri simula-

[redacted]

P I 500 πράξει συγκατατίθεσθαι, παρὰ τῶν στρατιωτῶν βιαζόμενος. ψηφισθείσης δὲ τῆς καταλλαγῆς αὐτοῖς, ὥρμησαν καὶ ἄμφω ἐπὶ τὸν Καίσαρα, τὸ πλεῖστον καὶ τὸ κράτιστον τοῦ στρατοῦ ἐπαγόμενοι. οὔτε γὰρ βεβαίως ἐπίστευον αὐτῷ, οὔτε δι' ἐκεῖνον ἤθελον δοκεῖν τὴν ἄδειαν ψηφισθῆναι αὐτοῖς καὶ τὴν κάθοδον, δι' ἑαυτοὺς δὲ καὶ τὴν σφετέραν ἰσχύν, καὶ τυχεῖν ἤλπιζον ὧν ἐβούλοντο διὰ τὰ στρατόπεδα. καὶ ὁ Καῖσαρ δ' αὐτοῖς μετὰ πλήθους στρατιωτῶν προσυπήντησε. καὶ συνῆλθον εἰς ὁμιλίαν, διαλεξάμενοί τέ τινα ἡσυχῇ τὸ μὲν σύμπαν ἐπί τε τῇ δυναστείᾳ καὶ κατὰ τῶν ἐχθρῶν συνώμοσαν, ἐς δὲ τὸ φανερὸν διωμολογήσαντο κοινῇ
B τοὺς τρεῖς ἐπιμελητὰς καὶ διοικητὰς τῶν πραγμάτων γενέσθαι ἐπὶ πενταετίᾳ, ἵνα μὴ ὀλιγαρχίας δοκῶσιν ἐφίεσθαι. ἰδίᾳ δὲ καὶ ἀρχὰς ἐθνῶν ἑαυτοῖς προσενείμαντο, ἵνα μὴ πᾶσαν τὴν ἀρχὴν νομίζωνται σφετερίζεσθαι. καὶ τῶν ἐχθρῶν σφαγὰς ἀλλήλοις ἀντέδοσαν. καὶ Λεπίδῳ μὲν τῆς τε Ῥώμης τὴν φυλακὴν καὶ τῆς λοιπῆς Ἰταλίας ἀνέθεσαν, Καῖσαρ δὲ καὶ Ἀντώνιος ἐπὶ τὸν Μάρκον Βροῦτον στρατεύσασθαι συνέθεντο καὶ τὸν Κάσσιον. καὶ ὅρκοις τὰ δόξαντα ἐπιστώσαντο, καὶ τοὺς στρατιώτας συγκαλέσαντες ἐδημηγόρησαν ὅσα ἐπὶ τούτοις εἰκός. οἱ δὲ τοῦ Ἀντωνίου στρατιῶται ἐξ ὑποθήκης αὐτοῦ τὴν θυγατέρα τῆς γυναικὸς Ἀν-
C τωνίου Φουλβίας, ἣν εἶχεν ἐκ τοῦ Κλωδίου, λαβεῖν ἠξίουν τὸν Καίσαρα. κἀκεῖνος οὐ παρῃτήσατο, καίτοι ἑτέρας αὐτῷ προμεμνηστευμένης.

12 ἰδίας C: Dio ἰδίᾳ. 13 διενείμαντο A. 21 Φουλβίας] φλαμίας B.

vit. illi vero impetrata reconciliatione ambo contra Caesarem potissimam ac maximam copiarum partem adduxerunt, cum quod ei fidem plane non habebant, tum quod illius auctoritate revocati esse videri nolebant sed per se et suis viribus, tum quod sperabant se per legiones ea quae vellent assecuturos. Caesar item eis cum magna manu obviam processit. congressi et secreto quaedam collocuti, de stabilienda sua potentia et ulciscendis inimicis coniurarunt. ac publice professi se triumviros et rerum curatores fore in quinquennium, ne dominatus paucorum cupidi viderentur, privatim et provincias inter se partiti sunt, ne totum imperium sibi vindicare viderentur; et caedes inimicorum invicem condonarunt. Lepido Romae atque Italiae custodia attributa est: Caesar vero et Antonius se bellum communi ope M. Bruto et Cassio illaturos iureiurando interposito pepigerunt, milites ut res postulabat allocuti. verum milites Antonii instinctu a Caesare petierunt ut Fulviae et Clodii filiam, Antonii privignam, duceret. non recusavit Caesar, quanquam alia ei desponsa erat.

Ἐντεῦθεν εἰς τὴν Ῥώμην ἠπείγοντο. σημεῖα δέ τινα τῷ τε Ἀντωνίῳ καὶ τῷ Λεπίδῳ ἀπαίσια συμβεβήκασι, τῷ Καίσαρι δὲ ἀετὸς ὑπὲρ τῆς σκηνῆς ἱδρυθεὶς δύο κόρακας προσπεσόντας αὐτῷ καὶ τίλλειν τινὰ τῶν πτερῶν αὐτοῦ πειρωμένους ἀπέκτεινεν· ὃ τὴν νίκην κατ᾽ ἀμφοτέρων τῶν συνιόντων αὐτῷ προεσήμαινε. καὶ οἱ μὲν οὕτως εἰς τὴν Ῥώμην ἦλθοσαν μετὰ τῶν στρατευμάτων, καὶ παραχρῆμα τὰ σφίσι δόξαντα ἔπραττον· καὶ σφαγαὶ πολλῶν ἐποιήθησαν, ὡς πληρωθῆναι τὴν πόλιν νεκρῶν. οἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς οἰκίαις, οἱ δὲ ἐν ταῖς ὁδοῖς κἀν ταῖς ἀγοραῖς καὶ πρὸς τοῖς D ἱεροῖς ἀπεκτίννυντο, καὶ αἱ μὲν κεφαλαὶ αὐτῶν ἐπὶ τὸ βῆμα αὐτοῖς ἀνετίθεντο, τὰ δὲ λοιπὰ σώματα τὰ μὲν αὐτοῦ που ἐρριπτεῖτο βορὰ κυσί τε καὶ ὄρνεσι, τὰ δὲ εἰς τὸν ποταμὸν ἐνεβάλλετο. καὶ οὐχ οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι ἀπώλλυντο. πάντας γὰρ τοὺς ἑκάστῳ τῶν τριῶν συναραμένους ἢ συμπράξαντας ἐν πολεμίων μοίρᾳ οἱ ἄλλοι ἐτίθεντο. καὶ οὕτω συνέβαινε τοὺς αὐτοὺς καὶ φίλους τινὶ αὐτῶν καὶ ἐχθροὺς τοῖς ἑτέροις εἶναι, ὥστε ἐν ᾧ ἰδίᾳ ἕκαστος τοὺς ἐπιβουλεύσαντας αὐτῷ ἠμύνετο, καὶ τοὺς φιλτάτους κοινῇ συναπώλλυσαν. οὐ γάρ τις τὸν ἑαυτοῦ ἐχθρὸν τιμωρήσασθαι P I 501 φίλον ἑτέρου ὄντα ἠδύνατο, μὴ ἀντιδιδοὺς ἕτερον φίλον ἑαυτοῦ νομιζόμενον, ἢ καὶ πλείους, εἰ ὁ αἰτούμενος εἰς σφαγὴν ἔντιμος ἦν ἐξ ἀρετῆς ἢ γένους ἢ ἀξιώματος. καὶ τοὺς πλουσίους W II 140 δέ, κἂν μηδὲν εἶχον αὐτοῖς ἐγκαλεῖν, προσαπώλλυον, πολλῶν

5 ἄμφω C. 9 πρὸς om A. 10 αὐτοῖς] αὖθις Dio, Sullana tempora respiciens. 12 ὄρνισι A. 15 οὕτως BC. 19 ἀντιδιδοὺς A Dio, ἀντιδοὺς PW.

Inde dum Romam properant, Antonio et Lepido parum auspicata omina obvenerunt. Caesaris autem tabernaculo aquila insedit, quae duos corvos irruentes et pennas aliquot ei evellere conantes occidit: quo augurio victoria contra duos collegas ei portendebatur. Romam cum legionibus ingressi statim fecere quae voluerunt, tot civibus occisis ut urbs cadaveribus impleretur. nam alii in aedibus, alii in viis, alii in foro et ad templa deorum immortalium trucidabantur. proscriptorum capita in rostris proponebantur, trunci corporum partim temere abiiciebantur, canibus esca et alitibus, partim in Tiberim praecipitabantur. nec inimici duntaxat sed amici eorum etiam perimebantur. nam eos omnes qui uni ex triumviris opem tulerant aut suffragati fuerant, reliqui duo hostes iudicabant. ita fiebat ut iidem alicui eorum amici et caeteris hostes essent, et dum quisque insidiatores ulcisceretur, eadem opera suos amicissimos perderet. nec enim ullus inimicum suum, si alterius amicus esset, nisi alium eius loco dedisset qui ipsius amicus haberetur, aut plures etiam, si is qui ad caedem postulabatur sive virtute sive nobilitate sive dignitate excelleret, e medio tollere poterat. divites vero vel

[redacted]

χρημάτων δεόμενοι ἵνα τὰς ἐπιθυμίας τῶν στρατιωτῶν ἀποπλήσωσι.

17. *Ταῦτα δὲ ὑπὸ τοῦ Λεπίδου καὶ τοῦ Ἀντωνίου ἐπράττετο μάλιστα. τιμηθέντες γὰρ ὑπὸ τοῦ προτέρου Καίσαρος, καὶ* B *ἐπὶ πλεῖστον ἄρξαντες καὶ ἡγεμονεύσαντες, καὶ πλείστους εἶχον ἐχθρούς. ἐδόκει δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ νέου Καίσαρος γίνεσθαι διὰ τὴν τῆς δυναστείας κοινωνίαν. αὐτὸς γὰρ οὐ συχνοὺς ἀπέκτεινε, φύσει τε οὐκ ὠμὸς ὢν καὶ τεθραμμένος τοῖς ἤθεσι τοῦ πατρός, καὶ μήτε πολλοῖς μῖσος τρέφων σφοδρὸν καὶ φιλεῖσθαι πραγματευόμενος. καὶ οὐ μόνον οὐ πολλοὺς ἔφθειρεν, ἀλλὰ καὶ ἔσωσε πλείστους· καὶ τοῖς κρύψασί τινας ἐπιεικέστατα ἐχρήσατο, ἐπεὶ θάνατος καὶ τούτοις προείρητο.*

Ὁ δὲ Λέπιδος ἀπαραίτητος ἦν, καὶ ὁ Ἀντώνιος ὠμῶς καὶ ἀνηλεῶς ἔκτεινε καὶ τοὺς ἐπικουρῆσαι τοῖς κτεινομένοις ἐπιχειροῦντας, C *καὶ τὰς κεφαλὰς τῶν σφαττομένων καὶ σιτούμενος ἐπεσκόπει, καὶ τῆς ἀνοσίου θέας αὐτῶν ἐνεπίμπλατο. καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡ Φουλβία πολλοὺς καὶ αὐτὴ καὶ δι' ἔχθραν καὶ διὰ χρήματα ἐθανάτωσεν, ἔστι δ' οὓς οὐδὲ γινωσκομένους ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς. ποτὲ γοῦν καὶ τῆς τοῦ Κικέρωνος κεφαλῆς κομισθείσης (φεύγων γὰρ κατελήφθη καὶ ἐσφάγη) ὁ μὲν Ἀντώνιος πολλὰ αὐτὸν βλασφημήσας ἐκέλευσεν αὐτὴν ἐκφανέστερον τῶν ἄλλων ἐν τῷ βήματι προτεθῆναι, ἵν' ὅθεν ἠκούετο δημηγορῶν κατ' αὐτοῦ, ἐκεῖ μετὰ τῆς χειρὸς τῆς δεξιᾶς ὁρῷτο· οὕτως γὰρ*

11 *ἐπιεικεστάτως* A.

Fontes. *Cap.* 17. *Dionis Historiae Romanae lib.* 47 *c.* 7—15.

innocentes in proscriptorum numerum referebant, quod ingenti pecunia esset opus ad explendas militum cupiditates.

17. Haec a Lepido et Antonio potissimum agebantur: quorum, quod sub maiori Caesare honorati fuissent et amplissimis magistratibus atque imperiis ornati, etiam inimicitiae latissime patebant. sed eadem a Caesare quoque fieri putabantur propter potentatus societatem. paucos enim ipse occidebat, nec natura crudelis et moribus patris educatus et paucis graviter infensus, quique diligi se quam timeri mallet. nec tantum non multos occidit, sed plurimos etiam conservavit, et eos qui aliquos occultarant humanissime tractavit: nam id quoque capitale erat.

Lepidus vero inexorabilis fuit: Antonius item saevus; qui proscriptorum quoque defensores crudeliter trucidabat, occisorumque capita vel inter epulas intuens nefario spectaculo ad satietatem perfruebatur. uxor item eius Fulvia multos ex odio, multos pecuniae causa, nonnullos etiam marito plane ignotos trucidabat. Ciceronis autem caput (nam is quoque in fuga iugulatus fuerat) Antonius ad se allatum maledictis insectatus, illustriori in loco pro rostris, una cum dextra eius manu, unde

ἀπετέτμητο. ἡ δὲ δὴ Φουλβία ἔς τε τὰς χεῖρας αὐτὴν ἔλαβε, καὶ ἐμπικραναμένη καὶ ἐμπτύσασα ἐπὶ τὰ γόνατα ἔθηκε, καὶ τὸ D στόμα αὐτῆς διανοίξασα τὴν γλῶσσαν ἐξείλκυσε, καὶ ταῖς βελόναις, αἷς εἰς τὴν κεφαλὴν ἐκέχρητο, κατεκέντησε, πολλὰ καὶ μιαρὰ ἐπισκώπτουσα.

Πολλοὶ μὲν οὖν ἀπώλοντο, τινὲς δὲ καὶ ἐσώθησαν. δοῦλοι γὰρ τὰς τῶν δεσποτῶν ἐσθῆτας περιβαλλόμενοι, ἐκείνους κατακρύψαντες, ὡς οἱ δεσπόται ἐσφάττοντο. καί τις στιγματίας δοῦλος οὐ μόνον οὐ προέδωκε τὸν στίξαντα αὐτὸν δεσπότην, ἀλλὰ καὶ περιέσωσεν. ὡς γὰρ συναπεδίδρασκε τῷ δεσπότῃ καὶ διώκεσθαι ἔγνω, ἀπέκτεινέ τινα συναντήσαντα σφίσι, καὶ τὴν στολὴν ἐκείνου τῷ δεσπότῃ δούς, ἀπιέναι ἀφῆκεν· αὐτὸς δὲ πυρὰν ἀνάψας P I 502 τὸν νεκρὸν ἐπέθηκεν ἐπ' αὐτήν, τὴν δ' ἐσθῆτα τοῦ δεσπότου καὶ τὸν δακτύλιον φέρων ἀπήντησε τοῖς διώκουσι, καὶ εἰπὼν φεύγοντα τὸν δεσπότην ἀποκτεῖναι ἐπιστεύθη διὰ τὰ σκῦλά τε καὶ τὰ στίγματα, καὶ ἐκεῖνον ἔσωσε, καὶ αὐτὸς ἐτιμήθη. Κύϊντον δὲ Κικέρωνα τὸν τοῦ Μάρκου ἀδελφὸν ὁ παῖς ἐξέκλεψε, καὶ στρεβλωθεὶς ἐπὶ τούτῳ οὐκ ἐξελάλησεν. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ μαθὼν τὸ γινόμενον καὶ ἐλεήσας τὸν παῖδα ἐθελοντὴς αὐτὸς ἑαυτὸν τοῖς σφαγεῦσι παρέδωκε. πολλοὶ δὲ καὶ λανθάνοντες ἀπεδίδρασκον καὶ πρὸς τὸν Βροῦτον ἀπῄεσαν καὶ τὸν Κάσσιον. οἱ δέ γε πλείους τῷ Σέξτῳ προσεχώρουν. ναυαρχεῖν γὰρ πρότερον αἱρεθείς, καὶ χρόνον τινὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ δυνηθείς, ἰσχὺν οἰκείαν, καίτοι τῆς B ἀρχῆς ὕστερον ὑπὸ τοῦ Καίσαρος στερηθείς, περιεβάλλετο, καὶ

2 ἐμπικραναμένη ABCW Dio, ἐπικραναμένη P. 6 ἀπώλυντο A. 8 ἐσφάγησαν A. 17 τοῦ om B.

contionatus fuerat, affigi iussit. Fulvia vero id primum in manus sumptum ira percita conspuit, deinde genibus impositum, oreque diducto, linguam extractam acubus, quibus ad ornamenta capitis utebatur, pupugit, cum multis nefariis dicteriis.

Multis pereuntibus quidam evaserunt. servi enim dominorum vestibus sumptis illisque occultatis ipsi pro eis caesi sunt. et quidam herum; a quo ignominiosis notis compunctus fuerat, non modo non prodidit sed etiam conservavit. nam cum herum in fuga comitans percussores insequi animadvertisset, quendam obvium occidit, eiusque veste data domino, eoque abire iusso, cadaver in pyram coniecit, vestem vero et anulum herilem persecutoribus obtulit, se fugientem dominum occidisse professus: quod cum ob notas illas et spolia crederetur, et illi salutem et sibi honorem peperit. Q. Ciceronem Marci fratrem filius suffuratus, cum torqueretur, non prodidit. sed pater ea re cognita, filii misertus, ultro se percussoribus obtulit. multi ex latebris ad Brutum et Cassium, plures ad Sextum confugerunt: qui classi praefectus et ad tempus mari potitus, privatis viribus (quanquam post a Caesare adempto imperio)

τὴν Σικελίαν κατέσχεν. εἶτα, ὡς καὶ ἐκείνῳ ἐπεκηρύχθη αἵ τε ἄλλαι σφαγαὶ ἐγένοντο, πλεῖστον τοῖς ὁμοίοις συνήρατο, ὑποδεχόμενος τοὺς ἐς αὐτὸν ἰόντας καὶ παντοίως ἐπικουρῶν· ὅθεν καὶ συχνοὶ πρὸς αὐτὸν ἦλθον.

Τοιαῦτα μὲν περὶ τὰς σφαγὰς ἐγίνετο, πολλὰ δὲ καὶ ἄτοπα καὶ περὶ τὰς τῶν ἄλλων οὐσίας συνέβαινε, καὶ αἱ τῶν εὐπόρων οἰκίαι ἐπορθοῦντο, καὶ ἐνοίκιον ἐνιαύσιον πασῶν τῶν ἐν τῷ ἄστει
W II 141 οἰκιῶν καὶ τῶν ἐν τῇ λοιπῇ Ἰταλίᾳ ἐπράξαντο, τῶν μὲν μισθωθεισῶν καθ' ὁλόκληρον, ὧν δ' οἱ δεσπόται ᾤκουν, ἐξ ἡμισείας,
C πρὸς τὴν τῆς καταγωγῆς ἀξίαν· καὶ τοὺς τῶν χωρίων κτήτορας τὸ ἥμισυ τῶν προσόδων ἀφείλοντο, καὶ τὰ κτήματα τῶν κτεινομένων τοῖς στρατιώταις παρεῖχον, τὰ μὲν δῶρον, τὰ δὲ ἐπευωνίζοντες· ἀπείρητο γὰρ μηδένα τῶν ἄλλων ἀπαντᾶν εἰς τὸ πρατήριον ὠνησόμενον, θάνατον τάξαντες τῷ ἀπαντήσαντι ἐπιτίμιον. καὶ ἀρχὰς καὶ τιμὰς καὶ ἀρχιερωσύνας ἐδίδοσαν, καὶ νόμους τοὺς μὲν ἀπήλειψαν, τοὺς δὲ ἀντενέγραψαν, καὶ πᾶν κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἔπρασσον, ὥστε χρηστὴν τὴν τοῦ ἀνῃρημένου Καίσαρος μοναρχίαν νομίζεσθαι.

D 18. Τὸν μὲν οὖν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον ταῦτα ἐποίησαν· τοῦ δὲ Λεπίδου τοῦ Μάρκου τοῦ τε Πλάγκου τοῦ Λουκίου τῷ ἐπιόντι ἔτει ὑπατευσάντων τέλη τε ἤδη ἐσχολακότα ἀνενεώθησαν καὶ ἐκ

7 ἐνοίκειον A. 13 πρακτήριον B. 14 ἀπαντήσοντι A. 15 ἀρχμερωσύνας BC, ἀρχιεροσύνας PW. 17 χρηστὴν] Dio χρυσόν.

Fontes. *Cap.* 18. *Dionis Historiae Romanae lib.* 47 *c.* 16 — *c.* 34.

collectis, Siciliam occuparat. deinde, cum ipse quoque proscriptus et caedes factae essent, in eodem periculo versantibus plurimum tulit opis tum suscipiendo tum aliis rationibus. itaque frequentes ad eum convenerunt.

Ac caedium huiusmodi ratio fuit: bonorum autem nihilo melior. nam locupletum aedes diripiebantur, et annuae domorum mercedes tam in aliis Italiae urbibus quam Romae exigebantur; earum quae locatae erant, integrae: in quibus ipsi domini habitabant, dimidiae, pro amplitudine habitationum. iis item qui praedia possidebant redituum semissem ademerunt, et occisorum possessiones militibus assignarunt, alias gratis, alias vili pretio. nam capite sanxerant ne quis alius in auctionem emendi gratia prodiret. largiebantur magistratus, honores, sacerdotia; leges alias rogabant, alias abrogabant; omnia denique arbitratu suo sic gerebant ut Caesaris interfecti monarchia clemens haberetur.

18. Haec illo anno acta sunt: sequenti, M. Lepido et L. Planco consulibus, vectigalia intermissa revocata et nova excogitata sunt; mul-

καινῆς προσκατέστησαν ἕτερα, καὶ πολλὰ μὲν ἐπὶ τῇ γῇ πολλὰ δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς οἰκέταις ἐπράττοντο. ὃ δὲ πλέον τῶν ἄλλων πάντας ἠνίασεν, ἦν τὸ παντὸς οὐσίαν δεκατευθῆναι ὁποσονοῦν εὐποροῦντος ἀνδρὸς ὁμοίως καὶ γυναικός. λόγῳ μὲν γὰρ τὸ δέκατον τῆς οὐσίας παρ' ἑκάστου σφῶν εἰσεπράχθη, ἔργῳ μέντοι οὐδὲ τὸ δέκατον κατελείφθη τινί. καὶ ἕτερόν δέ τι ἐπινενόητο. τῷ γὰρ βουλομένῳ ἐνεδόθη πάσης τῆς οὐσίας ἐκστάντι τὸ τρίτον μετὰ ταῦτα αὖθις ἀπαιτῆσαι αὐτῆς, τουτέστι μήτε τι λαβεῖν καὶ πρά-
γματα σχεῖν. οἱ γὰρ βίᾳ τὰ δύο μέρη συλώμενοι προφανῶς, πῶς P I 503
ἂν τὸ τρίτον ἀπέλαβον; καὶ ἄλλα δὲ πλεῖστα τοῖς ἀνθρώποις τότε πρὸς πενίαν αὐτοὺς συνελαύνοντα ἐπενήνεκτο, μόνοι δὲ οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες ὑπερεπλούτησαν.

Οὕτως οἱ ἄνδρες οἱ τρεῖς ἐκεῖνοι ἐποίουν, καὶ ἅμα τὸν Καίσαρα ἐκεῖνον τὸν πρότερον ἀπεσέμνυνον, καὶ τιμὰς ποικίλας τε καὶ πολλὰς αὐτῷ ἐψηφίσαντο. πράξαντες δὲ ταῦτα, Λέπιδος μὲν ἐν Ῥώμῃ τήν τε πόλιν καὶ τὴν ἄλλην Ἰταλίαν διάξων ὑπέμεινε, Καῖσαρ δὲ καὶ Ἀντώνιος κατὰ τοῦ Βρούτου καὶ τοῦ Κασσίου ἐστράτευσαν. ἐκεῖνοι γὰρ τὸν Καίσαρα τὸν Ὀκτάβιον μαθόντες
τῶν πραγμάτων ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ τὸν ὅμιλον σφετερίζεσθαι, B
τήν τε δημοκρατίαν ἀπέγνων καὶ ἐκεῖνον φοβηθέντες ἐν Ἀθήναις ἐγένοντο. καὶ οἱ Ἀθηναῖοι σφᾶς λαμπρῶς ὑπεδέξαντο, καὶ εἰκόνας χαλκᾶς αὐτοῖς ἐψηφίσαντο, ὡς τοὺς παρ' αὐτοῖς τυραννο-

1 προσκατέστησαν AC, προκατέστησαν PW. 2 ἐκέταις A. 3 ἦν om A. ὁποσονοῦν AC, ὁποσωνοῦν PW: Dio ἐφ' ὁποσονοῦν. 8 αὖθις om A Dio. αὐτῆς ἀπαιτῆσαι AB Dio. μήτε τι ABCW Dio, μή τε P. 16 διώξων A. 22 παρ' αὐτοῖς] παραυτοῦ A.

taque de fundis, multa de servis exacta. sed inter omnia molestissima fuit facultatum omnium quantaecunque erant decimatio, sive virorum sive mulierum. nam verbo quidem decima exigebatur, sed revera nemini pars decima relinquebatur. est et aliud excogitatum. cuivis concedebatur, si bonis omnibus cessisset, ut tertiam partem repeteret; hoc est ut nihil reciperet, et negotium sibi ipse facesseret. nam qui duabus partibus vi manifesta spoliabantur, tertiam quo pacto recuperassent? alia denique plurima tum, quibus ad egestatem redigerentur, hominibus sunt imposita, solis iis qui arma tenerent divitiis abundantibus.

Dum haec triumviri agitant, eadem opera Caesarem defunctum ornant, multis ei variisque decretis honoribus. his rebus confectis Lepidus in urbe mansit ut Romam et Italiam gubernaret: Caesar et Antonius contra Brutum et Cassium sunt profecti. qui cum Caesarem Octavium rerum potiri et plebem sibi devincire velle audivissent, libertate patriae desperata, metu illius Athenis vixerunt; splendideque ab Athe-

[redacted]

κτόνους ζηλώσωσι, τὸν Ἁρμόδιον λέγω καὶ τὸν Ἀριστογείτονα. εἶτα πυθόμενοι ἐπὶ μεῖζον τὸν Καίσαρα αἴρεσθαι, ὁ μὲν Κάσσιος πρὸς τοὺς Σύρους ὥρμησε συνήθεις ὄντας αὐτῷ, Βροῦτος δὲ τήν τε Ἑλλάδα καὶ τὴν Μακεδονίαν συνίστη. καὶ προσεῖχον αὐτῷ ἔκ τε τῆς δόξης τῶν πεπραγμένων, καὶ ὅτι καὶ στρατιώτας συχνούς, τοὺς μὲν ἐκ τῆς πρὸς Φαρσάλῳ μάχης ἐκεῖ που περιπλανωμένους,
C τοὺς δὲ καὶ ἐκ τῶν τῷ Δολοβέλλᾳ συνεξελθόντων ὑπολειφθέντας, προσλαβὼν εἶχε, καὶ χρήματα δέ οἱ ἐκ τῆς Ἀσίας παρὰ τοῦ Τρεβωνίου ἀπέσταλτο. τὸ μὲν οὖν Ἑλληνικὸν ἀπόνως προσεποιήσατο, καὶ τὴν Μακεδονίαν δὲ μετὰ τοῦτο πᾶσαν καὶ τὴν Ἤπειρον προσλαβὼν τῇ γερουσίᾳ ἐπέστειλε τὰ πεπραγμένα δηλῶν. οἱ δέ (ἔτυχον γὰρ τότε ὑπόπτως πρὸς τὸν Καίσαρα ἔχοντες) καὶ ἐπῄνεσαν αὐτὸν καὶ πάντων ἄρχειν τῶν ἐκεῖσε ἐκέλευσαν. κἀντεῦθεν αὐτός τε γέγονε προθυμότερος, καὶ ὑπεῖχον ἀπροφασίστως ἔσχηκε τὸ ὑπήκοον. ἐπεὶ δὲ ὁ Καῖσαρ ἐν τῇ Ῥώμῃ τε ἐνηυθέντησε καὶ
D τοὺς τοῦ πατρὸς ἐτιμωρεῖτο σφαγεῖς φανερῶς, ἐσκόπει ὅπῃ αὐτὸν ἐπιόντα ἀμύναιτο, καί τινας ἐπιβουλὰς πρός τινων αὐτῷ γενομένας ἀπεκρούσατο. καὶ ἐς τὴν ἄνω Μακεδονίαν ἀνεχώρησεν, ἔχων τὸ
W II 142 ἰσχυρότατον τοῦ στρατοῦ, κἀκεῖθεν εἰς τὴν Ἀσίαν ἔπλευσεν, ἵνα μὴ τὰ ἐν τῇ Ῥώμῃ πραττόμενα ἐπὶ τὸ φοβερώτερον ἀγγελλόμενα μαθόντες οἱ στρατιῶται μεταβάλωνται. εἶτ' αὖθις εἰς τὴν Εὐρώπην ἠπείχθη, δείσας μή τι νεωτερισθῇ.

Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ καιρὸν καὶ ὁ Κάσσιος εἰς τὴν Ἀσίαν

1 ζηλώσασι ante τοὺς A. 5 τε om B. 9 τριβωνίου AC. 10 δὲ om A. 15 ἐν ηὐθέτησε A. 20 φοβερώτατον A.

niensibus sunt excepti, aereis statuis decretis, ut Aristogitonis et Harmodii tyrannicidarum imitatoribus. deinde crescente potentia Caesaris Cassius ad Syros, quibuscum familiaritas ei intercedebat, est profectus: Brutus Graecos et Macedones sibi adiunxit, quos tum ob rerum gestarum gloriam, tum ob multitudinem militum quos partim a Pharsalica pugna ibi oberrantes partim ex Dolabellae copiis relictos adsciverat, tum vero etiam ob pecuniam a Trebonio ex Asia missam, dicto audientes habebat. Graecia citra laborem occupata, deinde Macedonia quoque omni et Epiro adscitis, acta sua ad senatum perscripsit. qui cum Caesarem suspectum haberet, eum collaudavit et loca illa omnia tenere iussit. unde et ipse factus est alacrior, et subditos citra exceptionem obnoxios habuit. Caesare autem Romae iam dominante et patris percussores aperte ulciscente, quo pacto illius impetum propulsaret cogitans, evitatis insidiis sibi factis in superiorem Macedoniam cum validissima parte copiarum concessit, atque inde in Asiam navigavit, ne militum fides Romanarum rerum fama ad terrorem amplificata mutaretur. postea in Europam rediit, novarum rerum metu.

Eodem tempore Cassius quoque ad Trebonium in Asiam traiecit;

ἐπεραιώθη πρὸς τὸν Τρεβώνιον, καὶ λαβὼν παρ' αὐτοῦ χρήματα καὶ ἱππέας συχνοὺς καὶ ἑτέρους πολλοὺς τῶν τε Κιλίκων καὶ τῶν Ἀσιανῶν, τοὺς Ταρσέας καὶ ἄκοντας εἰς τὸ συμμαχικὸν προσηγάγετο. καὶ εἰς τὴν Συρίαν ἐλθών, ἀμαχεὶ πάντα τά τε τῶν δήμων
καὶ τὰ τῶν στρατευμάτων προσεποιήσατο. παραλαβὼν οὖν τὴν P I 504
Συρίαν εἰς τὴν Ἰουδαίαν ὥρμησε, πυθόμενος τοὺς στρατιώτας τοὺς ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ὑπὸ τοῦ Καίσαρος καταλειφθέντας προσιέναι. ἐκείνους τε οὖν ἑτοίμως καὶ τοὺς Ἰουδαίους παρεστήσατο. οὕτω δὴ καὶ ὁ Κάσσιος διὰ ταχέων ἐγένετο ἰσχυρός, καὶ τῇ γερουσίᾳ τὰ ὅμοια τῷ Βρούτῳ ἐπέστειλε· καί οἱ τήν τε τῆς Συρίας ἀρχὴν ἡ βουλὴ ἐβεβαίωσε καὶ τὸν κατὰ τοῦ Δολοβέλλου πόλεμον ἐψηφίσατο. οὗτος γὰρ ἐτέτακτο μὲν τῆς Συρίας ἄρχειν, εἰς δὲ τὴν Ἀσίαν ἐνδιατρίβων τὸ δόγμα ἐμεμαθήκει, καὶ πρὸς μὲν τὴν Συρίαν οὐκ ἀπῆλθεν, αὐτοῦ δὲ καταμείνας τὸν Τρεβώνιον δόλῳ ἐν τῇ Σμύρνῃ ἀνεῖλε καὶ πᾶσαν τὴν Ἀσίαν κατέσχεν. οὕτω δὲ τῆς Ἀσίας γενόμενος ἐγκρατὴς εἰς τὴν Κιλικίαν ἦλθε, τοῦ Κασσίου
ἐν Παλαιστίνῃ τυγχάνοντος, καὶ τοὺς μὲν Ταρσεῖς ἑκουσίους B
προσλαβών, φρουροὺς τοῦ Κασσίου ἐν Αἰγαῖς ὄντας ἐνίκησεν· ἐς δὲ τὴν Συρίαν ἐνέβαλε, καὶ τῆς μὲν Ἀντιοχείας ἀπεκρούσθη, τὴν δὲ Λαοδίκειαν προσεποιήσατο. καὶ τὸ ναυτικὸν αὐτῷ προσῆλθε· κἀντεῦθεν ἰσχύσας εἰς Ἄραδον ἀπελήλυθεν, ἔνθα μετ' ὀλίγων ἀπολειφθεὶς ἐκινδύνευε. διαφυγὼν οὖν ἀπήντησε τῷ Κασσίῳ, καὶ συμβαλὼν αὐτῷ ἡττήθη, καὶ εἰς τὴν Λαοδίκειαν ἐπολιορκεῖτο. ἐνδείᾳ δὲ τῶν ἐπιτηδείων ἀναγκασθείς, καὶ φοβη-

3 ἐς C. 11 κατὰ om B. 19 ἐνέβαλλε A. 20 αὐτὸ A. 22 ὀλίγον A.

a quo pecunia accepta cum multos equites aliosque non paucos Cilices et Asianos sibi adiunxisset, Tarsenses vel invitos in suam societatem pertraxit. inde in Syriam profectus omnes populos, omnes legiones citra dimicationem sibi adiunxit. Syria suscepta in Iudaeam properavit, audito militum quos Caesar in Aegypto reliquerat accessu: quos una cum Iudaeis facile ad deditionem compulit. ita Cassius quoque viribus celeriter auctis, eodem modo quo Brutus ad senatum scripsit. a quo Syriam provinciam obtinere et bellum gerere cum Dolabella iussus est. qui, cum ei Syria mandata esset, in Asia moram trahens, senatusconsulto cognito in provinciam non abiit, sed ibidem degens Trebonium dolo Smyrnae sustulit; totaque Asia potitus, Cassio in Palaestina agente, Ciliciam venit, et a Tarsensibus ultro est receptus. Cassii praesidio, quod Aegis erat, superato, impressionem in Syriam fecit. ab Antiochia repulsus Laodiceam subegit, et classis accessione auctis viribus Aradum abiit. ubi cum paucis circumclusus in periculo fuit; sed tamen elapsus occurrit Cassio, ab eoque acie victus et Laodiceae circumsessus, cum

θεὶς μὴ ζῶν ἁλῷ, ἑαυτὸν διεχρήσατο. ὃ καὶ ὁ ὑποστράτηγος αὐτοῦ Μάρκος Ὀκτάβιος ἔπραξε.

Κάσσιος δὲ ἐπεὶ τὰ ἐν τῇ Συρίᾳ καὶ τῇ Κιλικίᾳ κατεστή- C *σατο, εἰς τὴν Ἀσίαν πρὸς τὸν Βροῦτον ἀφίκετο. ὡς γὰρ τὴν συνομοσίαν τῶν τριῶν ἀνδρῶν ἔμαθον, καθ᾽ ἑαυτῶν εἰδότες ἐκείνους πάντα ποιεῖν, προθυμότερον καὶ αὐτοὶ κοινῇ πάντα καὶ ἐβουλεύοντο καὶ συνέπραττον. καὶ αὐτοί τε περιιόντες καὶ ἑτέρους διαπέμποντες τοὺς μὴ ἐκείνοις ὁμοφρονοῦντας προσήγοντο καὶ χρήματα καὶ στρατιώτας συνήθροιζον, τινῶν δὲ μὴ συμμαχῆσαι πειθομένων αὐτοῖς, ἐπ᾽ ἐκείνους ἐτράπησαν. καὶ Κάσσιος μὲν ναυμαχίᾳ τοὺς Ῥοδίους ἐνίκησε καὶ τὰς ναῦς αὐτῶν ἀφείλετο καὶ τὰ χρήματα, μετὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸν Ἀριοβαρζάνην συλλαβὼν ἀπέκτεινε· Βροῦτος δὲ τῶν Λυκίων ἐκράτησε, καὶ τῶν πόλεων* D *τὰς μὲν πλείους ἀμαχεὶ προσηγάγετο, Ξάνθον δὲ εἰς πολιορκίαν κατέστησε, καὶ εἷλεν αὐτὴν καὶ κατέπρησεν. εἶτα πρὸς Πάταρα ἦλθε, καὶ προσεκαλεῖτο αὐτοὺς ὡς φίλους· ὡς δ᾽ οὐχ ὑπήκουσαν, τοὺς αἰχμαλώτους τῶν Ξανθίων συγγενεῖς αὐτοῖς ὄντας ἔπεμψεν, ἐλπίζων δι᾽ ἐκείνων αὐτοὺς προσαγαγέσθαι. οἱ δ᾽ οὐδ᾽ οὕτως ἐνέδοσαν. πωλήσας οὖν τινας τῶν αἰχμαλώτων τοὺς λοιποὺς ἠλευθέρωσεν. ἰδόντες δὲ τοῦτο οἱ Παταρεῖς εὐθὺς αὐτῷ ὡς ἀρετὴν ἔχοντι προσέθεντο. τοῦτο δὲ καὶ οἱ Μυρεῖς ἐποίησαν, ἐπειδὴ τὸν στρατηγὸν αὐτῶν ἐν τῷ ἐπινείῳ λαβὼν ἀπέλυσε. καὶ τἆλλα δὲ δι᾽ ὀλίγου παρεστήσατο.*

2 *μάρκος ὁ ὀκτάβιος* A. 4 *Ἀσίαν*] *συρίαν* C. 7 *ἔπραττον* A. 10 *πειθομένων*] *καταθεμένων* A. 12 *δὲ ταῦτα* A. 14 *εἰς πολιορκίαν κατέστησε καὶ εἷλεν αὐτὴν* A cum Dione, *πολιορκίᾳ εἷλε* PW. 17 *αὐτῶν* A. 22 *αὐτὸν* A. 23 *ὀλίγον* A.

annonae penuria premeretur, ne vivus in hostis potestatem veniret, se ipse interfecit. idemque legatus eius M. Octavius fecit.

Cassius Syriae et Ciliciae rebus constitutis in Asiam ad Brutum venit. cognita enim triumvirorum coniuratione, quos contra se moliri omnia norant, alacrius ipsi quoque communi consilio et deliberabant et agebant; et adversa factione partim per semetipsos partim per legatos ad se traducta, et pecunia et militibus collectis, quosdam societatem detrectantes oppugnarunt. ac Rhodiis Cassius mari victis et naves et pecunias ademit: deinde Ariobarzanem comprehensum occidit. Brutus vero Lyciam subegit, plerisque urbibus ultro deditionem facientibus; sed Xanthum vi expugnatam incendit. deinde Patara profectus cives ad amicitiam suam invitavit: quam cum aspernarentur, per Xanthios captivos, cognatos eorum, conciliatione frustra tentata, captivis aliquot venditis caeteros dimisit liberos. quo viso Patarenses statim ad eum, virtutis opinione illecti, se contulerunt. idem et Myrenses fecerunt, cum ducem eorum in navali captum dimisisset. reliqua etiam exiguo tempore subegit.

[redacted]

19. Ἐντεῦθεν ἄμφω εἰς τὴν Ἀσίαν ἦλθον, καὶ εἰς τὴν P I 505 Μακεδονίαν ἠπείγοντο. Γάϊος δὲ ὁ Νορβανὸς καὶ Δεκίλλιος Σάξας παρὰ τοῦ Καίσαρος καὶ τοῦ Ἀντωνίου εἰς Μακεδονίαν ἐστάλησαν, καὶ πρὸς τοῖς Φιλίπποις στρατοπεδευσάμενοι τὴν σύντομον ὁδὸν προκατέλαβον. διὸ ὁ Βροῦτός τε καὶ ὁ Κάσσιος W II 143 ἑτέραν μακροτέραν περιελθόντες, καὶ βιασάμενοι τὴν ἐκεῖ φρουράν, πρὸς τὴν πόλιν κατὰ τὰ μετέωρα παρῆλθον κἀκεῖ ἐστρατοπεδεύσαντο. ὑπερτεροῦντες δὲ τῷ πλήθει τῶν ἐναντίων τό τε ὄρος τὸ Σύμβολον κατέλαβον καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἔκ τε τῆς θαλάσσης ἐπήγοντο καὶ ἐκ τοῦ πεδίου καταθέοντες ἐλάμβανον. Νορβανὸς δὲ καὶ Σάξας συμβαλεῖν αὐτοῖς οὐκ ἐτόλμων, τὸν Καίσαρα δὲ B καὶ τὸν Ἀντώνιον μετεπέμποντο. οἱ δὲ μέρος μέν τι τοῦ στρατοῦ πρὸς φυλακὴν τῆς Ἰταλίας κατέλιπον, τῷ δὲ πλείονι ἐπεραιώθησαν τὸν Ἰόνιον. καὶ Καῖσαρ μὲν νοσήσας ἐν Δυρραχίῳ κατέμεινεν, Ἀντώνιος δὲ ἐπὶ Φιλίππους ἤλασε, καί τινας τῶν ἐναντίων ἐνεδρεύσας σιταγωγοῦντας ἐσφάλη. ὁ δὲ Καῖσαρ καθ' ἑκάτερον δείσας, εἴτε τι ἐλαττωθείη κατὰ μόνας συμβαλὼν Ἀντώνιος, εἴτε καὶ κρατήσει (ἐκ μὲν γὰρ τοῦ τὸν Βροῦτόν τε καὶ τὸν Κάσσιον, ἐκ δὲ τοῦ τὸν Ἀντώνιον πάντως ἐφ' ἑαυτὸν ἰσχύσειν ἐνόμισεν), ἠπείχθη καὶ ἔτι ἀρρωστῶν· καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀντώνιον ἀνεθάρσησαν.

1 ἐς C. 2 Νωρβανὸς Dio. Δεκίδιος, Δεκίλιος, Δεκέλιος Dionis codices. 3 σέξας B et Dio vulgo. 10 ἠπείγοντο C. καταθέοντες ἐλάμβανον A Dio, ἐλάμβανον καταθέοντες PW. 12 τι C, τοι PW. 18 κρατήσειεν Dio. τε om A.

Fontes. *Cap.* 19. *Dionis Hist. Rom. lib.* 47 *c.* 35 — *c.* 48. *Plutarchi Brutus*, *c.* 39 43—45.

19. Inde ambo in Asiam, ex Asia in Macedoniam properabant. cum vero C. Norbanus et Decillius Saxa a Caesare et Antonio in Macedoniam missi, compendiosa via praeoccupata, castra iuxta Philippos posuissent, Brutus et Cassius per aliam longiorem viam eodem profecti pulso praesidio ad superiorem urbis partem castra et ipsi posuerunt; et quia numero superiores erant hostibus, monte Symbolo occupato commeatum tum ex mari tum ex campestribus petiverunt. Norbanus vero et Saxa cum eis pugnare non ausi Caesarem et Antonium arcessiverunt. qui parte quadam copiarum ad Italiam tutandam relicta, cum maiori parte Ionium traiecerunt. ac Caesar aegrotans Dyrrachii remansit: Antonius Philippos contendens, cum hostibus in frumentatione collocasset insidias, impegit. at Caesar utrumque timens, si Antonius seorsim vel vinceret vel vinceretur, quod aut is aut Brutus et Cassius ea ratione se omnino superiores futuri essent, tametsi infirmus, accurrit adventuque suo Antonianos recreavit.

[redacted]

Ἀντικαθημένων δ' ἀλλήλοις τῶν ἀντιπολέμων ἐκδρομαὶ μὲν C παρ' ἀμφοτέρων ἐγίνοντο, μάχη δὲ οὐδεμία ἐκ παρατάξεως, καίτοι τοῦ τε Καίσαρος καὶ τοῦ Ἀντωνίου συμβαλεῖν σπουδαζόντων. ὁ δὲ δὴ Κάσσιος καὶ ὁ Βροῦτος ἀνεβάλλοντο, οὐκ ὀκνοῦντες τὴν μάχην, ἀλλ' εἴ πως ἄνευ κινδύνων καὶ φθόρου τινῶν ἐπικρατήσειαν. ὡς δὲ τὰ στρατεύματα τῇ τε τριβῇ βαρυνόμενα, καὶ τῶν ἀντικειμένων καταφρονήσαντα, ὅτι τὸ καθάρσιον πρὸ τῶν ἀγώνων γινόμενον ἐντὸς τοῦ ἐρύματος ὡς δεδιότες ἐποιήσαντο οἱ περὶ Καίσαρα καὶ Ἀντώνιον, εἰς τὴν μάχην τε ὥρμησαν οἱ Βρούτου, καὶ διελάλουν ὅτι, ἂν ἐπιπλέον ὑπερτιθῇ, ἐκλιπόντες τὸ στρατόπεδον σκεδασθήσονται, οὕτω δὴ καὶ ἄκοντες συνέμιξαν.

D Μέγιστος δὲ Ῥωμαίοις διαφανῶς ὁ ἀγὼν οὗτος ἐγένετο. τοῦτο δὲ καὶ ἐκ τῶν γεγονότων σημείων ἔν τε τῇ Ῥώμῃ καὶ ἐν τῇ Μακεδονίᾳ τεκμήραιτό τις. ἐν γὰρ τῷ ἄστει ὁ ἥλιος τοτὲ μὲν ἠλαττοῦτο τοτὲ δὲ μέγας ἐφαίνετο, ἐξέλαμψε δέ ποτε καὶ νυκτός, λαμπάδες τε ἄλλοσέ πῃ καὶ ἄλλοσε ᾄττειν ἐδόκουν, καὶ σαλπίγγων ἠχαὶ καὶ ὅπλων κτύποι καὶ βοαὶ στρατοπέδων νυκτὸς ἐκ τῶν τοῦ Καίσαρος καὶ τῶν τοῦ Ἀντωνίου ὁμορούντων ἀλλήλοις παρὰ τῷ Τιβέριδι ἐξηκούοντο, καί τι παιδάριον δεκαδακτύλους χεῖρας ἔχον ἐγεννήθη, ἡμίονός τε ἔτεκε τέρας· τὰ μὲν γὰρ πρόσθια ἵππῳ, τὰ δὲ λοιπὰ ἡμιόνῳ ἐῴκει. ἐν μὲν οὖν τῇ Ῥώμῃ ταῦτά τε καὶ

1 ἀντικαθισταμένων B. 9 τε add AB Dio. 10 ὑπερτεθῇ AB. 13 ἐν om C. 17 "καὶ βοαὶ στρατοπέδων] ita in duobus Regiis: absunt vero haec verba in aliis et in Colbert." Ducangius. 18 Ἀντωνίου] Ἀντωνίου κήπων Dio. 20 τέρας om W, e codicibus supplevit Ducangius. 21 ἡμίονος A.

Cum ambo exercitus ex adverso constitissent, excursiones utrinque factae sunt; sed nunquam iusta acie dimicatum est, quamvis Caesar et Antonius pugnae cupidi essent. Cassius enim et Brutus pugnam non metu differebant, sed spectabant an citra periculum et magnam caedem possent vincere. verum ubi exercitus et moram aegre ferre et hostes contemnere coeperunt, quod sacra lustralia ante pugnam fieri solita velut prae metu intra vallum Caesariani et Antoniani fecissent, et pugnam acriter poposcerunt Brutiani, si res diutius differretur se castris desertis dilapsuros esse iactitantes, tum vero vel inviti in aciem descenderunt.

Maximum id certamen Romanis citra controversiam fuit; idque ostenta et Romae et in Macedonia conspecta declarant. nam in urbe sol alias augeri alias imminui visus, aliquando etiam noctu emicuit: faces alio atque alio saltare visae: clangor tubarum, sonitus armorum, clamores exercituum ex vicinis inter se Caesaris et Antonii ad Tiberim hortis exauditi. puer denis manuum digitis natus. mula monstrum pe-

ἄλλα ἐγένετο, ἐν δὲ τῇ Μακεδονίᾳ περὶ τὸ στρατόπεδον τοῦ P I 506 Κασσίου μέλισσαί τε πολλαὶ αὐτὸ περιέσχον, καὶ ἐν τῷ καθαρσίῳ τὸν στέφανον αὐτῷ κατεστραμμένον ὁ ῥαβδοῦχος προσήνεγκε, καὶ ἐν πομπῇ τινι παῖς Νίκην φέρων χρυσῆν ὀλισθήσας ἔπεσε, καὶ γῦπες πολλοὶ καὶ ἄλλοι ὄρνιθες νεκροφάγοι εἰς τὰ ἐκείνων διεφοίτων στρατόπεδα ἔκλαζόν τε φρικῶδές τι καὶ δεινόν. τοῦ δὲ νέου Καίσαρος ἰατρὸς ἔδοξε τὴν Ἀθηνᾶν ἐν ὕπνοις λέγειν αὐτῷ, ἐκ τῆς σκηνῆς τὸν Καίσαρα ἐξαγαγεῖν καὶ καταστῆσαι εἰς τὴν παράταξιν, καίτοι ἔτι κακῶς ἀρρωστοῦντα· ὃ καὶ περιέσωσεν αὐτόν, ὡς εἰρήσεται.

Τὴν μὲν οὖν ἡμέραν τῆς μάχης οὐχ ὡρίσαντο, ὥσπερ δὲ ἀπὸ συγκειμένου τινὸς ἕωθεν ἐξοπλισάμενοι προῆλθον, καὶ ἐν B κόσμῳ καὶ ἡσυχῇ παρετάξαντο. εἶτα συμμίξαντες πολλῷ μὲν ἐχρήσαντο ὠθισμῷ, πολλῷ δὲ ξιφισμῷ καὶ προθυμίᾳ πολλῇ· καὶ οὔθ᾽ ὑπαγωγαῖς οὔτε διώξεσιν οὐδένες ἐχρήσαντο, ἀλλ᾽ αὐτοῦ ὥσπερ εἶχον ἐτίτρωσκον ἐτιτρώσκοντο, ἐφόνευον ἐφονεύοντο. καὶ ὁ μὲν Βροῦτος τοῖς περὶ τὸν Καίσαρα ἀντιμαχόμενος ἐκράτει, W II 144 Κάσσιος δὲ ἀντιτεταγμένος τοῖς περὶ τὸν Ἀντώνιον ἥττητο, καὶ τὰ στρατόπεδα ἀμφοτέρωθεν ἑάλω. οὐκ ἔγνων μέντοι οὔτε τὴν νίκην τῶν ἑτέρων οἱ ἡττημένοι, οὔτε τὴν ἧτταν οἱ νενικηκότες· τά τε γὰρ στρατόπεδα πολὺ ἀφεστήκασι, καὶ ἀπλέτου κονιορτοῦ C γενομένου ἠγνόησαν τὸ τέλος τῆς μάχης. τέως δὲ τό τε τοῦ Καίσαρος τάφρευμα καὶ τὸ τοῦ Ἀντωνίου ἐπορθήθη, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ

2 καρσίῳ C. 12 ἕωθεν ὁπλισάμενοι A, ἐξοπλισάμενοι ἕωθεν PW: Dio ἅμα ἕῳ ἐξωπλίσαντο. 20 ἑτέρων A, ἑταίρων PW.

perit, anteriori parte equo, caetera mulo simile. in Macedonia multae apes Cassii castra circumdederunt: in sacris lustralibus lictor ei coronam inversam attulit: in pompa quadam puer auream Victoriam gestans ex lapsu concidit: multi vultures aliique carnivori alites castra illorum cum horrendo et atroci sono frequentarunt. Caesaris vero adolescentis medicus se a Minerva admoneri somniavit ut eum ex tabernaculo in aciem deportaret, quamvis graviter aegrotantem: idque ei saluti fuit, ut statim dicetur.

Ac pugnae diem non constituerunt, sed velut ex composito mane in armis progressi modeste taciteque acies instruxerunt. deinde congressi magna impressione, magna digladiatione et alacritate utrique, neutri vero recessu aut persecutionibus usi, sed suis quique vestigiis insistentes. vulnerant vulnerantur, caedunt caeduntur. ac Brutus Caesarianos vicit, Cassius ab Antonianis victus est, castris utrinque captis. sed neque victi reliquorum victoriam neque victores cladem suorum norant. nam et castra multum distabant, et immenso pulvere excitato eventum pugnae ignorabant. interim tamen et Caesaris vallum et Antonii est

[redacted]

πάντα ἑάλω, ὥστ' εἰ μὴ κατὰ τὸ ὄναρ τοῦ ἰατροῦ ὑπεξῆλθεν ὁ Καῖσαρ τοῦ χαρακώματος, ἐν αὐτῷ ἂν καταληφθεὶς κεκινδυνεύκει.

Ὁ δὲ Κάσσιος ἐκ μὲν τῆς μάχης ἐσώθη, τοῦ δὲ ἐρύματος καὶ αὐτοῦ πορθηθέντος ἐπὶ λόφον ἀνεχώρησεν ἔχοντα πρὸς τὸ πεδίον σκοπάς. ὑποτοπήσας δὲ καὶ τὸν Βροῦτον ἐσφάλθαι, ἔπεμψεν ἑκατόνταρχον κατασκεψόμενον καὶ ἀγγελοῦντα αὐτῷ ὅπου τε ὁ Βροῦτος εἴη καὶ ὅ τι πράττοι. ἐπεὶ δὲ ὁ σταλεὶς συναντήσας

D ἱππεῦσιν, οὓς ἀπεστάλκει ὁ Βροῦτος μαθησομένους περὶ τῶν κατὰ Κάσσιον, παρ' αὐτῶν ἐκυκλώθη ἀσπαζομένων αὐτὸν καὶ δεξιουμένων, ἔδοξεν ὁ Κάσσιος πολεμίους εἶναι τοὺς προσιόντας καὶ ὑπ' αὐτῶν ἐνσχεθῆναι τὸν ἑκατόνταρχον, καί τινι Πινδάρῳ ἐξελευθέρῳ τὸν ἑαυτοῦ φόνον προσέταξε.

Καὶ ὁ μὲν τοιοῦτον ἔσχε τέλος, καὶ ὁ ἑκατόνταρχος ἐπανελθὼν καὶ γνοὺς τὸ δρᾶμα κακίσας τε διὰ τὴν βραδυτῆτα ἑαυτὸν ἐπαπέκτεινεν· ὁ δέ γε Βροῦτος τήν τε ἧτταν τοῦ Κασσίου μαθὼν καὶ τὸν θάνατον ἐπεδάκρυσε, τοὺς δὲ περισωθέντας τῶν ἐκείνου στρατιωτῶν συναγαγὼν καὶ λόγοις καὶ δόσει χρημάτων παρεμυθήσατο. ἔπεσον δ' ἐν τῇ μάχῃ τούτων μὲν περὶ ὀκτακισχιλίους, τῶν δὲ περὶ Καίσαρα καὶ Ἀντώνιον πλείους ἢ διπλάσιοι. διὸ καὶ

P I 507 ἠθύμουν ἐκεῖνοι, πρινὴ Δημήτριός τις Κασσίου θεράπων ἑσπέρας ἀφίκετο πρὸς Ἀντώνιον, τὰς χλαμύδας καὶ τὸ ξίφος ἐκείνου φέρων. ὧν κομισθέντων οὕτως ἀνεθάρρησαν, ὥστε ἅμ' ἡμέρᾳ προάγειν

2 χάρακος AC. καταληφθεὶς A, κατελήφθη καὶ PW. 15 δρᾶμα] πάθος A. 16 ἀπέκτεινεν A.

vastatum, et quae in iis erant capta omnia. quare nisi Caesar somnio medici paruisset, captus in periculo fuisset.

Cassius e pugna elapsus, sua quoque munitione vastata, tumulum conscendit unde prospectus in planitiem patebat; et Brutum quoque victum esse ratus, centurionem misit qui rem exploraret, sibique ubi esset Brutus et quid ageret renuntiaret. sed cum is in Bruti equites incidisset, qui ut cum Cassio ageretur explorarent, ab iisque circumdatus porrectis dexteris salutaretur, Cassius accedere hostes putans ab iisque captum esse centurionem, a Pindaro liberto se occidi iussit.

Hic illius fuit exitus. centurio vero reversus, eo facinore commotus, moram suam increpans ipse quoque se interfecit. Brutus Cassii clade atque interitu cognito illacrimavit, militum vero illius reliquias et verbis et pecunia data consolatus est. ceciderunt in ea pugna ex horum exercitu circiter octo milia, ex Antonianis et Caesarianis amplius quam bis totidem. quamobrem illi tristes fuere, priusquam Demetrius Cassii minister chlamydes et ensem illius attulit. quibus acceptis ita receperunt animos, ut exercitum ante diluculum armatum ad pugnam educerent,

[redacted]

ὡπλισμένην ἐπὶ μάχῃ τὴν δύναμιν. Βροῦτος δ' ἐκ παρατάξεως μαχέσασθαι οὐκ ἐβούλετο, θορυβεῖν δὲ καὶ ταράττειν νύκτωρ ἐπειρᾶτο τοὺς πολεμίους. καί ποτε καὶ τὸν ποταμὸν παρατρέψας πολὺ τοῦ ἐρύματος αὐτῶν κατέκλυσεν. ἐπεὶ δ' ἔγνω τινὰς αὐτομολοῦντας τῶν αὐτοῦ πρὸς τοὺς ἐναντίους, δείσας μὴ καὶ πλέον τι νεωτερισθῇ, συμμῖξαι ἔγνω αὐτοῖς. πολλῶν δ' αἰχμαλώτων ἐν τῷ στρατοπέδῳ αὐτοῦ ὄντων, μὴ ἔχων ὅπως αὐτοὺς διάθηται κατὰ τὸν τῆς μάχης καιρόν, τὸ μὲν δουλικὸν πλῆθος ἀναιρεθῆναι B κεκέλευκε, τῶν δ' ἐλευθέρων τοὺς μὲν φανερῶς ἀπέλυσε, τοὺς δὲ κρύπτων καὶ συνεκπέμπων ἔσωζεν, ὁρῶν τοὺς ἡγεμόνας ἀδιαλλάκτως ἔχοντας, καίτοι τῶν ἐναντίων τοὺς ζωγρηθέντας τῶν αὐτοῦ στρατιωτῶν ἀποκτεινάντων.

20. Κατὰ δὲ τὴν ἑσπέραν, ὅτε τῇ ἐπιούσῃ ἔμελλον μαχέσασθαι, τὸ φάσμα ἐφάνη τῷ Βρούτῳ ὃ καὶ πρώην ἐξ Ἀσίας διαβαίνων νυκτὸς ἐθεάσατο· ἦν δὲ τοιοῦτον. νὺξ ἦν βαθεῖα καὶ φῶς οὐ πάνυ λαμπρὸν ἐν τῇ σκηνῇ αὐτοῦ ὑπανῆπτο· ὁ δ' ἠγρύπνει σκοπῶν τι καὶ λογιζόμενος. ἔδοξεν οὖν εἰσιέναι τινὰ τὴν σκηνήν, καὶ ἀπιδὼν πρὸς τὴν εἴσοδον ὁρᾷ δεινὴν καὶ ἀλλόκοτον ὄψιν ἐκ- C φύλου σώματος σιωπῇ παρεστῶτος αὐτῷ. ἐρόμενος δέ "τίς ποτ' ὢν ἢ τί βουλόμενος ἥκεις;" ἤκουσεν ἐξ ἐκείνου "ὁ σός εἰμι, Βροῦτε, δαίμων κακός, ὄψει δέ με περὶ Φιλίππους." καὶ ὁ Βροῦτος ἀπτοήτως "ὄψομαι" εἶπε. τοῦτο οὖν αὖθις τὸ φάσμα

4 κατέκλεισεν C. 13 τὴν om C. μαχέσασθαι ἔμελλον AB. 22 φάντασμα A.

Fontes. *Cap.* 20. *Plutarchi Brutus*, c. 13 36 48—53. *Dionis Historiae Romanae lib.* 47 c. 48 et 49.

sed Brutus acie decernere nolens, hostes turbare noctu instituit, et aliquando fluvio averso magnam partem valli eorum demersit. sed quia nonnullos transfugisse cognorat, veritus ne id malum latius serperet, pugnare statuit. et quia multos captivos in castris habebat, neque sciebat quo pacto cum eis pugnae tempore ageret, servilem turbam occidi iussit, ex ingenuis vero alios aperte dimisit, alios occultando et deducendo ob implacabilem ducum iracundiam conservavit, quamvis hostes ipsius milites quos ceperant occidissent.

20. Pridie eius diei quo pugnatum est, spectrum illud Bruto vesperi apparuit quod prius etiam ex Asia traiiciens noctu viderat. id erat huiusmodi. alta nocte cum ad obscurum ignem lucubraret cogitans atque meditans aliquid, putavit aliquem tabernaculum ingredi. cum ad ingressum respexisset, vidit ignotum hominem horrendo et miro adspectu tacite sibi adstare, qui percontanti quis esset et quid vellet, respondit se malum eius esse genium, quem Philippis visurus esset. cui Brutus intrepide respondit, se eum visurum esse. id spectrum eodem vultu

[redacted]

ἑώρακε τὴν αὐτὴν ἐπιδειξάμενον ὄψιν, οὐδὲν μέντοι φθεγξάμενον ἀλλ' οἰχόμενον. καὶ ἀετοὺς δύο φασὶν ἐν μεταιχμίῳ τῶν στρατοπέδων συμπεσόντας ἀλλήλοις μάχεσθαι τότε, εἶξαι δὲ καὶ φυγεῖν τὸν κατὰ Βροῦτον.

D Συμβαλὼν οὖν τοῖς ἐναντίοις καὶ αὐτὸς ἡττήθη. τό τε γὰρ
W II 145 ὁπλιτικὸν αὐτοῦ ἀγχώμαλα ἐπιπλεῖστον ἀγωνισάμενον ἐνέκλινε, κἀκ τούτου καὶ τὸ ἱππικὸν καίτοι γενναίως μαχόμενον ἐνέδωκεν. ἐνταῦθα καὶ Μάρκος ὁ Κάτωνος υἱὸς ἐν τοῖς ἀρίστοις καὶ γενναιοτάτοις τῶν νέων ταττόμενος οὐκ εἶξε καταπονούμενος οὐδὲ ἔφυγεν, ἀλλὰ χρώμενος τῇ χειρὶ καὶ φράζων ὅστις εἴη καὶ πατρόθεν ἑαυτὸν ὀνομάζων ἔπεσεν ἐπὶ πολλοῖς τῶν πολεμίων νεκροῖς. ἔπιπτον δὲ καὶ τῶν ἄλλων οἱ κράτιστοι τοῦ Βρούτου προκινδυνεύοντες.

Λουκίλλιος δέ τις ἀνὴρ ἀγαθὸς ὁρῶν βαρβάρους τινὰς ἱππέας ἐλαύνοντας ῥύδην ἐπὶ τὸν Βροῦτον, αὐτὸς ἔφη Βροῦτος εἶναι
P I 508 καὶ ἄγειν ἐδεῖτο ἐπὶ τὸν Ἀντώνιον, ὡς τάχα τὸν Καίσαρα δεδοικώς. οἱ δὲ ἦγον τὸν ἄνδρα, ἀγγέλους προπέμψαντες. ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἦσαν, ὁ μὲν Ἀντώνιος διηπόρει ὅπως χρὴ δέξασθαι τὸν Βροῦτον, ὁ δὲ Λουκίλλιος προσαχθεὶς "Μάρκον μὲν Βροῦτον" εἶπεν, "Ἀντώνιε, οὐδεὶς ᾕρηκεν οὐδ' ἂν ἕλοι πολέμιος. μὴ τοσοῦτον κρατήσειεν ἡ τύχη τῆς ἀρετῆς. εὑρεθήσεται δὲ ζῶν ἐκεῖνος ἤπου καὶ νεκρὸς ἀξίως κείμενος ἑαυτοῦ." θαυμάσας δὲ ὁ Ἀντώνιος τοῖς αὐτὸν ἄγουσι στρατιώταις ἔφη "χαλεπῶς, ὦ

8 μάρκων AB. 14 λουκίλλιος ABC, Λουκίλιος PW. 19 λουκίλλιος AC, Λουκίλιος PW. εἶπε βροῦτον A. 22 ἀξίως κείμενος AB Plutarchus, κείμενος ἀξίως PW. 23 αὐτὸν] αὐτοῦ B.

denuo illi conspectum est, sed nihil locutum abiit. ferunt etiam duas aquilas in eo spatio, quod erat inter utramque aciem, inter se pugnasse, et eam quae versus Brutum erat cessisse ac fugisse.

Cum adversariis congressus et ipse succubuit. nam legiones cum diutissime restitissent, cesserunt: unde equitatus quoque fortiter dimicans inclinavit. ibi et Marcus Catonis filius, inter optimos et fortissimos adolescentes collocatus, cum urgeretur, non cessit neque fugit, sed manu rem gerens, patrio suo nomine edito, super magno hostium acervo concidit. ex caeteris etiam optimi quique Brutum propugnantes ceciderunt.

Lucilius vero vir fortis, conspectis barbaris equitibus qui impetu in Brutum ferebantur, seipsum Brutum esse dixit, eosque rogavit ut ad Antonium duceretur, quasi Caesarem timeret. qui cum praemissis nuntiis ab eis abductus prope castra venisset, Antonius dubitabat quo pacto Brutus excipiendus esset. ille vero "M. Brutum" inquit "Antoni, cepit nemo neque capiet ullus hostis. absit enim ut tantum fortunae in virtutem liceat. verum ille aut vivens aut etiam mortuus ut ipso dignum est invenietur." hanc orationem miratus Antonius ductoribus illius ait

[redacted]

συστρατιῶται, φέρετε τὴν ἀπάτην ἴσως· ἀλλ᾽ ἴστε κρείττονα τῆς ζητουμένης ἄγρας ᾑρηκότες· πολέμιον γὰρ ζητοῦντες φίλον ἡμῖν B *κομίζετε.»*

Βροῦτος δὲ πρός τι χωρίον ὑλῶδες κατηντηκὼς ἤδη σκότους ὄντος, ὀλίγων περὶ αὐτὸν ἡγεμόνων ὄντων, εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέψας ἀνεφθέγξατο

Ζεῦ, μὴ λάθῃ σε τῶνδ᾽ ὃς αἴτιος κακῶν.

τοῦτον τὸν στίχον εἰπεῖν αὐτὸν ὁ Πλούταρχος ἀναγράφει· ὁ δέ γε Δίων ταῦθ᾽ ἱστορεῖ τότε τὸν Βροῦτον εἰπεῖν «ὦ τλᾶμον ἀρετά, ἄλλως ἄρ᾽ ἦσθα λόγος, ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ᾽ αὖ C *ἐδούλευες τύχῃ.» εἰπόντος δέ τινος ὡς δεῖ φεύγειν, «πάνυ μὲν οὖν» ἔφη «φευκτέον, ἀλλὰ διὰ τῶν χειρῶν, οὐ διὰ τῶν ποδῶν.» καὶ τοῦτο εἰπὼν καὶ γυμνῷ τῷ ξίφει ἐπιπεσὼν ἐτελεύτησε. τὸν δὲ τούτου νεκρὸν Ἀντώνιος ἀνευρὼν τῇ πολυτελεστάτῃ τῶν ἑαυτοῦ φοινικίδων περιέβαλε.*

Πορκία δὲ ἡ τοῦ Βρούτου γυνή, ἣ Κάτωνος ἦν θυγάτηρ, φυλαττομένη καὶ μὴ ἐωμένη ἑαυτὴν ἀνελεῖν, ἄνθρακας ἐκ τοῦ πυρὸς ἁρπάσασα καὶ καταπιοῦσα ἀπέθανε. περὶ ἧς ἱστόρησε Πλούταρχος ὡς πρὸ τῆς τοῦ Καίσαρος τοῦ προτέρου σφαγῆς ὁρῶσα τὸν ἄνδρα σύννουν καὶ μεστὸν ταραχῆς ἀήθους, καί τι

7 *Ζεῦ*] Euripidis Medea, v. 332. *λάθοι* Plutarchus. 8 *Πλούταρχος*] in Bruto, c. 51. 9 *Δίων*] Hist. Rom. lib. 47 c. 49 ita
ὦ τλῆμον ἀρετή, λόγος ἄρ᾽ ἦσθ᾽, ἐγὼ δέ σε
ὡς ἔργον ἤσκουν, σὺ δ᾽ ἄρ᾽ ἐδούλευες τύχῃ.
10 *ἄλλως* etiam Xiphilinus et aliquot Dionis codices habent. 13 *τῷ ξίφει γυμνῷ* A. 14 *εὑρὼν* A. 16 *ἣ Κάτωνος ἦν*] *κάτωνος δὲ* A. 18 *περὶ δὲ ἧς* B. *ἱστόρησε Πλούταρχος*] *ὁ πλούταρχος ἔγραψεν* A. 19 *Πλούταρχος*] in Bruto, c. 13.

"fortasse, commilitones, imposturam iniquis fertis animis. sed scitote vos praedam ea quam quaeritis meliorem cepisse: nam cum hostem persequeremini, amicum nobis adduxistis."

Brutus vero cum iam tenebris obortis ad locum quendam saltuosum cum paucis tribunis pervenisset, oculis in caelum sublatis hunc versum, ut Plutarchus scribit, pronuntiavit

o dii, ne fallat vos tanti mali caput.

Dio vero haec eum verba protulisse refert "o virtus misera, in verbis sita inanibus, culta mihi vice numinis, iniquae sortis servula." cum quidam dixisset fugiendum esse, omnino fugiendum esse respondit, verum manibus, non pedibus. hoc dicto, stricto gladio incubuit. Antonius cadaver eius inventum pretiosissima purpura involvit.

Porcia vero Bruti uxor, Catonis filia, cum ne se occideret custodiretur, prunis de foco devoratis interiit. de qua Plutarchus scribit, cum ante prioris Caesaris caedem maritum tristem et perturbatiorem solito consilium aliquod inexplicabile animo agitare vidisset, non prius

[redacted]

D βούλευμα κατανοήσασα παρ' ἑαυτῷ θάλποντα δυσεξέλικτον, οὐ πρότερον αὐτὸν περὶ τῶν ἀπορρήτων ἀνήρετο πρὶν ἢ λαβεῖν διάπειραν ἑαυτῆς. λαβοῦσα γάρ, φησί, μαχαίριον, τομὴν βαθεῖαν λάθρα ἐπήνεγκε τῷ μηρῷ, ὡς μετὰ μικρὸν ὀδύνας ἐπιγενέσθαι νεανικὰς καὶ φρικώδεις ἀναφθῆναι πυρετοὺς ἐκ τοῦ τραύματος. ἀγωνιῶντος δὲ τοῦ Βρούτου ἐν ἀκμῇ τῆς ἀλγηδόνος οὖσα ἔφη αὐτῷ "ἐγώ, Βροῦτε, οὐχ ὡς αἱ παλλακευόμεναι κοίτης μεθέξουσα καὶ τραπέζης μόνον ἐδόθην σοι, ἀλλὰ κοινωνὸς εἶναι καὶ ἀγαθῶν καὶ ἀνιαρῶν. τὰ μὲν οὖν σὰ πάντα περὶ τὸν γάμον ἄμεμπτα, τῶν δὲ παρ' ἐμοῦ τίς ἀπόδειξις ἢ χάρις εἰ μήτε πάθος ἀπόρρητον συνδιοίσω σοι μήτε φροντίδα πίστεως δεομένην; οἶδ' ὅτι γυναι- P I 509 κεία φύσις ἀσθενὴς δοκεῖ λόγον ἐνεγκεῖν ἀπόρρητον· ἀλλ' ἔστι τις καὶ τροφῆς ἀγαθῆς καὶ ὁμιλίας χρηστῆς εἰς ἦθος ἰσχύς. ἐμοὶ δὲ τὸ Κάτωνος εἶναι θυγατέρα καὶ τὸ Βρούτου γυναῖκα πρόσεστιν. οἷς πρότερον μὲν ἧττον ἐπεποίθειν, νῦν δ' ἐμαυτὴν ἔγνωκα καὶ πρὸς πόνον ἀήττητον εἶναι." ταῦτ' εἰποῦσα δείκνυσιν αὐτῷ τὸ τραῦμα καὶ διηγεῖται τὴν πεῖραν. ὁ δ' ἐκπλαγεὶς ἐπηύξατο δοῦναι τοὺς θεοὺς κατορθοῦντα τὴν πρᾶξιν ἄνδρα Πορκίας ἄξιον φανῆναι.

W II 146 21. Τῷ μὲν οὖν Βρούτῳ ὃν εἴρηται τρόπον ἐπέλιπε τὸ βιώσιμον, τῶν δὲ μετ' αὐτοῦ γενομένων ἐπισήμων ἀνδρῶν οἱ μὲν B πλείους ἑαυτοὺς αὐτίκα ἀπέκτειναν ἢ ἁλόντες ἐφθάρησαν, οἱ δὲ

3 φησί BC, φασὶ PW. 14 τὸ prius] τῷ C: Plutarchus καὶ τό. 20 Τῷ] καὶ τῷ A.

FONTES. *Cap.* 21. *Dionis Hist. Rom lib.* 47 *c.* 49 — *lib.* 48 *c.* 20.

eum de arcanis percontatam esse, quam sui ipsius periculum fecisset; sumptoque cultello clam profundum vulnus intulisse femori, quod paulo post graves dolores et periculosae febres consecutae sint. Brutoque sollicito, in summo dolore dixisse "ego tibi, Brute, data sum, non ut pellicis instar victum et lectum duntaxat communem tecum haberem, sed ut fortunae secundae adversaeque socia tibi essem. ac tu quidem talem te maritum praebes de quo nihil queri possim: ego vero quo pacto gratum animum declarabo, si neque occultum dolorem neque sollicitudinem, quae fidem postulat, tecum una tulero? equidem scio quam imbecilla sit natura muliebris ad celanda arcana. sed recte educationis et honestae consuetudinis aliquae vires sunt. mihi vero contigit ut et Catonis filia et Bruti uxor essem: quibus rebus dudum minus freta nunc me a labore invictam esse cognovi." his dictis ei vulnus, causa illius exposita, ostendit. is vero obstupefactus deos precatus est ut re bene gesta dignum Porcia maritum se praeberet.

21. Bruto ad hunc modum defuncto viri clari qui eum secuti fuerant plerique statim aut ipsi se occiderunt aut capti perierunt: cae-

λοιποὶ τότε διαφυγόντες ἐπὶ τὴν θάλασσαν μετὰ τοῦτο τῷ Σέξτῳ προσέθεντο.

Καὶ ὁ μὲν Βροῦτος καὶ ὁ Κάσσιος οὕτως ἀπώλοντο τοῖς ξίφεσι σφαγέντες οἷς τὸν Καίσαρα διεχρήσαντο, Καῖσαρ δὲ καὶ Ἀντώνιος αὐτίκα τὴν ἀρχὴν ἀνεδάσαντο· καὶ τῷ μὲν ἥ τε Ἰβηρία καὶ ἡ Νουμιδία προσεκεκλήρωτο, Ἀντωνίῳ δὲ ἡ Γαλατία τε καὶ ἡ Ἀφρική, συνθεμένοις, εἰ ἐπὶ τούτοις ἀγανακτοίη ὁ Λέπιδος, ἐκστῆναί οἱ τῆς Ἀφρικῆς. ταῦτα δὲ μόνα ἐδάσαντο, ὅτι Σαρδὼ μὲν καὶ Σικελίαν Σέξτος κατεῖχε, τὰ δ' ἔξω τῆς Ἰταλίας ἐν ταραχῇ ἔτι ἦν. καὶ ἐπὶ τούτοις Ἀντώνιος μὲν εἰς τὴν Ἀσίαν, καταστήσων τοὺς αὐτοῖς ἀντιπολεμήσαντας καὶ ἀργυρολογήσων, ἀπῄει· Καῖ- C
σαρ δὲ εἰς τὴν Ἰταλίαν ὡρμήθη, τὸν Λέπιδον κωλύσων ἄν τι παρακινῇ, καὶ τῷ Σέξτῳ ἀντιταξόμενος. νοσῶν δὲ καὶ διὰ τοῦτο βραδύτερον ἰὼν εἰς τὴν Ῥώμην ἀφίκετο, καὶ τὰ νενομισμένα ἐπὶ τῇ νίκῃ τελέσας πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων ἐτράπη διοίκησιν. ὁ γὰρ Λέπιδος καὶ φόβῳ καὶ νωθείᾳ ἡσύχασεν, ἡ δὲ τοῦ Ἀντωνίου γυνὴ Φουλβία καὶ ὁ Λούκιος Ἀντώνιος ὑπατεύων τῶν πραγμάτων ἀντελαμβάνοντο καὶ τῷ Καίσαρι διηνέχθησαν, ὥστε τὸν Καίσαρα τὴν τῆς Φουλβίας θυγατέρα πέμψαι αὐτῇ, τὴν ἐκ τῆς ἐπιγαμίας συγγένειαν λύσαντα.

Καὶ διὰ ταῦτα οὖν καὶ διὰ τὸν λιμόν, ὃς τότε τοὺς Ῥω-

3 Καὶ — Κάσσιος] βροῦτος μὲν οὖν καὶ κάσσιος A. 5 ἀνεδάσαντο BCW Dio, ἀνεδήσαντο A, ἀνεδύσαντο P. 6 νουμιδία AB, Νουμηδία PW. 7 ἀγανακτοίη AB, ἀγανακτήσει PW. 10 ἔτι add A Dio. 12 δ' εἰς ἰταλίαν B. 16 καὶ prius om AB. 17 φουβία A.

teri periculo tum fuga ad mare evitato, post ad Sextum se contulerunt.

19. Tito adhuc spirante Domitianus Romam equitavit, castraque ingressus et cognomentum et potestatem imperatoris accepit: homo audax, iracundus, insidiator, occulti ingenii, mortalium neminem ex animo diligens praeter mulieres quasdam, summum erga eos quos maxime perditos cupiebat amorem simulans, infidus iis qui ipsi gratificabantur et in rebus atrocissimis operam navabant. nam qui maximam ei pecuniam procurabant aut multos calumniabantur, eos occidebat, ut ab illis duntaxat iniuriae proficisci viderentur. patris et fratris amicos, ut homo pessimus, partim ignominiose tractabat partim occidebat. uxorem Domitiam per causam adulterii repudiavit, Paride saltatore in media via illius causa occiso. cum filia fratris Iulia tanquam uxore haud dissimulanter rem habebat. deinde a populo exoratus in gratiam cum Domitia rediit, sed Iuliae consuetudine nihilo secius usus est.

Καὶ μετὰ ταῦτα εἰς Γαλατίαν ἐξορμήσας, καὶ λεηλατήσας τινὰ τῶν πέραν Ῥήνου τῶν ἐνσπόνδων, ᾤγκοῦτο ὥς τι μέγα κατωρθωκώς, καὶ τοῖς στρατιώταις ἐπηύξησε τὴν μισθοφοράν, τάχα διὰ τὴν νίκην. πέντε γὰρ καὶ ἑβδομήκοντα δραχμὰς ἑκάστου λαμβάνοντος, ἑκατὸν ἐκέλευσε δίδοσθαι. μεταμεληθεὶς δὲ τὴν μὲν ποσότητα οὐκ ἐμείωσε, τὸ δὲ πλῆθος τῶν στρατευομένων συνέστειλε. καὶ ἑκατέρωθεν μεγάλα τὸ δημόσιον ἔβλαψε, μήθ'
W II 197 ἱκανοὺς τοὺς ἀμύνοντας αὐτῷ, καὶ τούτους μεγαλομίσθους ποιή-
C σας. καὶ τοῖς θεραπεύουσι δὲ καὶ τοῖς μή, ἀμφοτέροις ὁμοίως ἤχθετο, τοῖς μὲν ὡς θωπεύουσι, τοῖς δὲ ὡς καταφρονοῦσι. νίκας δὲ ψευδεῖς προσποιούμενος, ὕπατος μὲν ἐπ' ἔτη δέκα, τιμητὴς δὲ διὰ βίου κεχειροτόνητο.

Πολλοὶ δὲ τῶν ὑποτελῶν Ῥωμαίοις ἀφίσταντο, χρήματα βιαίως πρασσόμενοι, ὡς καὶ οἱ Νασαμῶνες. τούς τε γὰρ τῶν χρημάτων πράκτορας ἔφθειραν, καὶ τὸν Νουμιδίας ἄρχοντα Φλάκκον ἐπελθόντα σφίσιν ἥττησαν οὕτως ὡς πορθῆσαι καὶ τὸ στρατόπεδον. εὑρόντες δὲ ἐν αὐτῷ τἆλλά τε ἐπιτήδεια καὶ οἶνον,
D ἐμπλησθέντες ὕπνωσαν. καὶ γνοὺς ὁ Φλάκκος τοῦτο ἐπέθετο αὐτοῖς καὶ πάντας ἀπώλεσε καὶ τοὺς ἀπομάχους διέφθειρεν ἅπαντας. ἐφ' ᾧ ὁ Δομετιανὸς ἐπαρθεὶς εἶπε πρὸς τὴν βουλὴν ὅτι "Νασαμῶνας ἐκώλυσα εἶναι." ἤδη γὰρ καὶ θεὸς ἠξίου νομίζεσθαι, καὶ δεσπότης καλούμενος καὶ θεὸς ὑπερηγάλλετο. ταῦτα

5 λαμβάνοντος AB, λαμβάνοντας PW. 13 Πολλοὶ δὲ — 21 ἐκώλυσα εἶναι om Dio exc. 19 ἀπτομάχους C. "ἀπομάχους mss. Reg. et Colb." Ducangius. 21 ἤδη γὰρ — p. 501 v. 1 ἐγράφετο partim om Dio exc.

In Galliam profectus et trans Rhenum agros eorum cum quibus pax intercedebat populatus, quasi re praeclare gesta superbiebat, aucto militibus stipendio ob victoriam scilicet. nam cum eis septuagenae quinae drachmae solverentur, centenas dari iussit. cuius largitionis cum paenituisset, stipendiis non imminutis sed numero militum contracto, utraque re rei publicae multum incommodavit, quod nec satis erant qui eam defenderent, et magna stipendia accipiebant. eos a quibus observabatur et a quibus negligebatur ex aequo oderat, alteros ut adulatores, alteros ut contemptores. falsis victoriis iactandis consulatum in decennium, censuram per omnem aetatem accepit.

Multi provinciales ob violentas exactiones defecerunt, ut Nasamones: qui et quaestores occiderunt, et Numidiae praetorem Flaccum ita vicerunt ut castris eius potirentur. in quibus cum praeter alia cibaria vini quoque copiam repperissent, inebriati obdormiverunt. quo Flaccus cognito eos aggressus internecione delevit, ac ne imbelli quidem aetati pepercit. quo successu elatus Domitianus ad senatum dixit, se Nasamonibus vita interdixisse. iam enim deum se perhiberi volebat, et deum

οὐ μόνον ἐλέγετο ἀλλὰ καὶ ἐγράφετο. ἐν δὲ θέᾳ ὑετοῦ πολλοῦ καὶ χειμῶνος σφοδροῦ ἐξαίφνης γενομένου οὐδένα εἴασεν ἐκ τῆς θέας ἀπαλλαγῆναι, ἀλλ' αὐτὸς μανδύας ἀλλασσόμενος ἐκείνοις οὐδὲν μεταμφιάσασθαι παρεχώρησε· κἀντεῦθεν πολλοὶ νοσήσαντες ἐτελεύτησαν. τοὺς δ' ὑπ' αὐτοῦ κολασθέντας οὐκ ἄν τις ἐξαριθμήσασθαι δύναιτο. συχνοὶ δὲ καὶ ἄνδρες καὶ γυναῖκες τῶν πλουσίων ἐπὶ μοιχείᾳ ἐκολάσθησαν· ὧν ἐνίας καὶ ὑπ' αὐτοῦ P I 581 ἐμοιχεύθησαν. καὶ ἄλλαις δ' αἰτίαις πολλοὶ καὶ ἐζημιώθησαν καὶ ἀπέθανον. γυνὴ γάρ τις ὅτι ἐναντίον εἰκόνος αὐτοῦ ἀπεδύσατο ἐφονεύθη, καὶ ἕτερος ὡς ἀστρολόγοις ὡμιληκώς. Μέτιον δέ τινα, ὃν ἡ φήμη μοναρχῆσαι μέλλειν ἐκήρυττεν, ἐξορίσας ἐφόνευσεν, ἐγκαλέσας αὐτῷ ὅτι ἐν τοῖς τοῦ κοιτῶνος τοίχοις εἶχε γεγραμμένην τὴν οἰκουμένην. καὶ σοφιστήν τινα, ὅτι ἀσκῶν μελέτην κατὰ τυράννων συνεγράψατο, θανάτῳ ἐκόλασε. πολλοὶ δὲ καὶ ὡς φιλοσοφοῦντες διώλοντο, καὶ οἱ λοιποὶ ἐξηλάθησαν. B

Τοιαῦτα δὲ πράττων ἐπεβουλεύθη παρά τε Παρθενίου καὶ Σιγήρου τῶν προκοίτων αὐτοῦ, καὶ Ἐντέλλου τοῦ τὰ τῆς ἀρχῆς βιβλία διέποντος, καὶ Στεφάνου ἀπελευθέρου. τὴν δ' ἐπιβουλὴν οὔτε ἡ γυνὴ αὐτοῦ Δομιτία ἠγνόησεν, οὔτε ὁ ἔπαρχος Νωρβανός, οὔτε ὁ συνάρχων Πετρώνιος. ἥ τε γὰρ Δομιτία ὑπ'

5 ἐξαριθμήσασθαι οὐκ ἄν τις δυνήσαιτο A. 6 συχνοὶ δὲ — 9 ἀπέθανον om Dio exc. 6 καὶ prius om A. 10 καὶ ἕτερος — ὡμιληκώς om Dio exc. ἀστρολόγος C. 14 κατὰ τυράννων μελέτην τινὰ συνεγράψατο A: Xiphilinus κατὰ τυράννων εἶπέ τι. 16 παρά] διά B. 19 νωρβανός A Xiphilinus, Νορβανὸς PW.

ac dominum nominari summopere laetabatur. atque haec non tantum dicebantur, sed etiam pingebantur. cum in spectaculo magna pluvia et tempestas subito erupisset, neminem discedere aut alias vestes induere passus, ipse penulas subinde mutavit: unde multi laesa valetudine perierunt. eos quos suppliciis affecit nemo numerare queat: ac inter caeteros ob adulterii crimen multi locupletes et viri et mulieres, quarum aliquas ipse constuprarat, poenas dederunt. sunt et aliis de causis multi et multati et interfecti. nam mulier quaedam quod se ante illius statuam exuisset occisa est, alius ut cum astrologis collocutus. Metium quendam, quem rerum potiturum esse fama erat, relegatum occidit, per eam causam, quod orbem terrarum in cubiculi sui parietibus pictum haberet. rhetorem quendam, quod exercendi ingenii causa contra tyrannos declamasset, capite multavit. multi ob philosophiae studium perierunt, pulsis reliquis.

Ad hunc modum grassanti insidiae structae sunt a Parthenio et Sigero cubiculi custodibus, et ab Entello qui a libellis erat rei publicae, et a Stephano liberto. earum insidiarum et Domitia uxor, et Norbanus praefectus, et collega Petronius conscii fuerunt. nam Domitia, quae se

αὐτοῦ μισουμένη ἐδεδίει μὴ ἀποθάνῃ, καὶ οἱ ἄλλοι οὐκέτ' αὐτὸν ἐφίλουν. λέγεται δὲ ὅτι πάντας ἅμα αὐτοὺς ὁ Δομετιανὸς ὑποπτεύων ἀποκτεῖναι ἐμελέτα; καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἀπογραψά-
C μενος ἐν τῇ κλίνῃ ὑπέθετο ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον· καί τι παιδίον τὴν ἀπογραφὴν ἀφελόμενον ἔφερε, μὴ εἰδός τί φέρει. ἐντυχοῦσα δὲ ἡ Δομιτία αὐτῷ, καὶ ἀναγνοῦσα τὰ γεγραμμένα, κἀκείνοις ἐμήνυσε· κἀκ τούτου συνετάχυναν τὴν ἐπιβουλήν.

Καὶ πολλὰ δὲ σημεῖα ἐγένοντό οἱ οὐκ αἴσια. Λαργῖνος δέ τις Πρόκλος, ἐν Γερμανίᾳ προειπὼν ὅτι κατὰ τήνδε τὴν ἡμέραν τελευτήσει ὁ Δομετιανός, ἐπέμφθη διὰ τοῦτο συσχεθεὶς εἰς τὴν Ῥώμην· καὶ ἐρωτηθεὶς παρ' αὐτοῦ ἔφη καὶ τότε οὕτω γενήσεσθαι. καταδικασθεὶς δὲ θανεῖν ἀνεβλήθη, ὅπως μετὰ τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἔφη ἀποθανεῖσθαι μέλλειν τὸν Δομετιανὸν φονευθῇ· σφαγέν-
D τος δὲ τοῦ Δομετιανοῦ κατ' ἐκείνην, ἐσώθη. ἕτερος δέ τις εἰπὼν αὐτῷ ὁπότε καὶ ὅπως φθαρήσεται, ἠρωτήθη ὁποίῳ καὶ αὐτὸς τρόπῳ θανεῖται· καὶ φήσας ὡς ὑπὸ κυνῶν ἀναλωθήσεται, ζῶν κατεκρίθη καυθῆναι, καὶ τῷ πυρὶ προσερρίφη. ὑετοῦ δὲ καταρραγέντος πολλοῦ ἡ μὲν πυρὰ ἐσβέσθη, ἐκεῖνον δὲ ὀπίσω τὼ χεῖρε δεδεμένον καὶ ἐπικείμενον αὐτῇ κύνες εὑρόντες διεσπάραξαν.

Τῷ δὲ Δομετιανῷ τὸ μεσημβρινὸν ἀναπαυομένῳ τὸν Στέφανον ὡς τῶν ἄλλων ἐρρωμενέστερον εἰσέπεμψεν ὁ Παρθένιος.

10 τελευτήσῃ A. 19 χέρε BC.

invisam illi esse sciret, caedem metuebat, caeteris non amplius eum diligentibus. fertur autem eos omnes ob suspicionem occidere in animo habuisse, eorumque nomina pugillaribus inscripta sub cervicali suo posuisse. eam descriptionem pusio quidam abstulit, quid ferret ignarus: qua Domitia forte fortuna lecta et caeteris indicata effecit ut insidiae maturarentur.

Interitus ei multis signis est praenuntiatus. nam Proclus quidam Larginus, quod in Germania praedixerat certo die Domitianum obiturum esse, comprehensus, eaque de causa Romam missus et ab ipso rogatus, idem affirmavit: et capitis damnatus, et asservatus ut post eum diem quo Domitianum periturum esse dixerat occideretur, eo die illo interfecto evasit. alius, qui ei tempus et modum interitus praedixerat, interrogatus ab eo quo ipse mortis genere obiturus esset, respondit se a canibus esse lacerandum. damnatus igitur ut vivus cremaretur et in ignem coniectus est. sed ingenti pluvia rogo exstincto ille revinctis post tergum manibus a canibus est discerptus.

Caeterum Parthenius Stephanum ut robustiorem contra Domitianum meridiantem misit; qui ictu, sed non letali, prostrato incubuit,

[redacted]

καὶ ἐπλήγη μὲν ὁ Δομετιανός, οὐ μὴν καιρίαν, ἀλλὰ καταβλη-
θεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἔκειτο· εἶτ' αὖθις ὑπ' ἐκείνου καὶ ἑτέρων προσ- W II 198
κατειργάσθη. καὶ ὁ μὲν οὕτω κατεσφάγη, καὶ ὁ Στέφανος δὲ
προσαπώλετο, συνδραμόντων ἐπ' αὐτὸν τῶν οὐ μετεσχηκότων P I 582
τῆς συνωμοσίας. Ἀπολλώνιος δὲ ὁ Τυανεύς (φιλόσοφος δὲ οὗτος
ἦν Πυθαγορικός, γόης δὲ μάλιστα) ἐν Ἐφέσῳ τότε διάγων καὶ
τῷ πλήθει διαλεγόμενος κατὰ τὴν ὥραν καθ' ἣν ὁ Δομετιανὸς
ἀνῃρεῖτο, ὡς ὕστερον ἐκ τῶν ἑκατέρωθεν γενομένων ἠκριβώθη,
ἐπί τινα ὥραν ἐνεὸς ἔστη, εἶτα ἐξεβόησεν "εὖγε Στέφανε, καλῶς
Στέφανε, παῖε τὸν ἀλιτήριον· ἔπληξας, ἔτρωσας, ἀπέκτεινας."
τοῦτο δὲ καὶ ὁ Φιλόστρατος τὸν τοῦ Ἀπολλωνίου βίον συγγεγρα-
φὼς οὕτως ἀνέγραψεν.

Ἔζησε δὲ Δομετιανὸς ἔτη πρὸς τέσσαρσι τεσσαράκοντα καὶ
μῆνας δέκα καὶ ἡμέρας ἓξ καὶ εἴκοσιν, ἐμονάρχησε δ' ἐνιαυτοὺς B
πεντεκαίδεκα καὶ ἡμέρας πέντε.

Τῷ δὲ τετάρτῳ ἔτει τῆς αὐτοῦ μοναρχίας ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας πρῶτος μετὰ Μάρκον τὸν ἀπόστολον ἀρχιερεὺς γεγονὼς ἐτελεύτησε, καὶ Ἀβίλιος αὐτὸν διεδέξατο, δεύτερος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας γενόμενος. τῷ δωδεκάτῳ δ' ἔτει τῆς ἡγεμονίας αὐτοῦ τελευτήσαντος Ἀνεγκλήτου Κλήμης τὴν ἀρχιερωσύνην τῆς Ῥώμης παρέλαβε, τρίτος ταύτης χρηματίσας ἐπίσκοπος, κατὰ τὸν Εὐσέβιον.

2 προσκατειργάσθη ABCW, προκατειργάσθη P. 5 ἦν οὗτος A. 9 ἐπί τινα — ἔστη et 11 τοῦτο δὲ — 12 ἀνέγραψεν om Dio exc. 9 ἐννεὸς A. 11 Φιλόστρατος] de vita Apollonii Tyanei lib. 8 c. 10. 13 τετράσι A. 14 δὲ A. ἐνιαυτοὺς om A. 16 μοναρχίας] βασιλείας A. 17 ὁ πρῶτος Ἀννιανός, omissis μετὰ Μάρκον τὸν ἀπόστολον, Eusebius. 19 δ' om AC. 22 Εὐσέβιον] Hist. eccl. lib. 3 cap. 15 (et 21).

donec aliis adiutantibus tyrannum plane confecit. occiso Domitiano Stephanus etiam concursu eorum qui coniurationis expertes erant periit. Apollonius vero Tyaneus, Pythagoricus philosophus et magus insignis, tum Ephesi ad populum verba faciens ea hora qua Domitianus caedebatur, ut post ex iis quae utrobique acciderunt certo compertum est, cum aliquamdiu attonitus stetisset, tandem exclamavit "euge Stephane, recte Stephane, feri sceleratum: percussisti, vulnerasti, occidisti." hoc et Philostratus in Apollonii vita refert.

Vixit Domitianus annos quadraginta quattuor, menses decem, dies sex et viginti: imperavit annos quindecim et dies quinque.

Quarto anno imperii eius Alexandrinae ecclesiae primo post Marcum apostolum pontifici defuncto Avilius successit, secundus Alexandriae pontifex. duodecimo anno principatus eius defuncto Anacleto Clemens pontificatum Romanum suscepit, tertius, Eusebio auctore, urbis episcopus.

[redacted]

Οὗτος ὁ ἔχθιστος αὐτοκράτωρ μετὰ τὸν Νέρωνα αὖθις τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν διωγμὸν ἀνεκίνησε, τῆς ἐκείνου θεομαχίας διάδοχος γεγονώς· ὃς καὶ τὸν ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν Ἰωάν- C *νην ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ διὰ τὸ κήρυγμα περιώρισε, καὶ τοὺς ἀπογόνους Δαβὶδ ἀναιρεῖσθαι προσέταξε. ταῦθ' ἱστορῶν ὁ Εὐσέβιος τὸν Ἡγήσιππον παράγει λέγοντα οὕτως. "ἔτι δὲ περιῆσαν υἱωνοὶ Ἰούδα τοῦ κατὰ σάρκα λεγομένου ἀδελφοῦ τοῦ κυρίου, οὓς τινες προσήγγειλαν ὡς ἐκ γένους ὄντας Δαβίδ. τούτους πρὸς αὐτὸν ἀχθέντας ὁ Δομετιανὸς ἤρετο εἰ ἐκ Δαβίδ εἰσι· καὶ κατέθεντο. προσεπήρετο οὖν πόσας κέκτηνται κτήσεις καὶ πόσων εὐποροῦσι χρημάτων· οἱ δ' ἔφασαν ἐννακισχίλια δηνάρια ὑπάρχειν αὐτοῖς μόνα, καὶ ταῦτα οὐκ ἐν ἀργυρίοις ἔχειν ἀλλ' ἐν δια-* D *τιμήσει γῆς, ἐξ ἧς αὐτούς τε διατρέφεσθαι αὐτουργοῦντας καὶ τοὺς φόρους εἰσφέρειν· καὶ τὴν τῶν χειρῶν δὲ τραχύτητα ἐπεδείκνυον τῆς αὐτουργίας μαρτύριον. ἐρωτηθέντες δὲ καὶ περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας, ὁποία τις εἴη καὶ ποῖ καὶ πότε φανησομένη, οὐ κοσμικὴν αὐτὴν εἶναι οὐδ' ἐπίγειον ἀπεκρίναντο, ἀλλ' ἐπουράνιον, ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος φανησομένην. ἐφ' οἷς ὡς εὐτελῶν αὐτῶν καταφρονήσας ὁ Δομετιανὸς ἐλευθέρους ἀφῆκε, καὶ τὸν διωγμὸν προστάγματι ἔπαυσεν."*

Ὁ μὲν οὖν κάκιστος γεγονὼς βιαίως ἀπέρρηξε τὴν ζωήν, ὡς

1 *τὸν* prius om A. 2 *τῶν Χριστιανῶν*] *χριστιανὸν* A. *ἀνεκαίνισε* A: Eusebius *ἀνεκίνει*. 5 *Εὐσέβιος*] Hist. eccl. lib. 3 cap. 19. 20. 18 *τοῦ αἰῶνος* A Eusebius, *τῶν αἰώνων* PW. 20 *ἔπαυσεν*] *ἀφῆκεν* A. 21 *ὡς εἴθε καὶ πρὸ τῆς μοναρχίας* om A.

Hic odiosissimus imperator persecutionem Christianorum post Neronem redintegravit, illius in oppugnando numine audaciam imitatus; et Ioannem apostolum eundemque evangelistam ob praeconium in insulam Patmon relegavit, Davidisque posteros tolli iussit. quam rem Eusebius Hegesippi verbis ad hunc exponit modum. "adhuc superstites erant nepotes Iudae, qui frater domini secundum carnem dicitur: quos ut Davidis posteros quidam detulerunt. eos Domitianus ad se adductos percontatus est an Davidici essent. illis affirmantibus interrogare perrexit quot fundos possiderent et quantum pecuniae haberent. cui illi responderunt, novem milia denariorum tantum se habere, eaque non in pecunia sed in aestimatione fundorum, unde et ipsi labore suarum manuum victitarent et tributa penderent: et manuum callos pro laboris argumento ostenderunt. interrogati etiam de Christi regno, cuiusmodi id esset et ubi et quando revelandum, id non esse mundanum dixerunt neque terrenum, sed caeleste et in consummatione saeculorum revelandum. his auditis Domitianus eos ob vilitatem contempsit et liberos dimisit, et persecutionem edicto inhibuit."
Hic igitur ut pessimus fuit, ita vitam violenter abrupit: quod

εἴθε καὶ πρὸ τῆς μοναρχίας, (20) ἡ δ' ἡγεμονία εἰς Νερούαν
μετήνεκτο, ἄνδρα καὶ εὐγενέστατον καὶ ἐπιεικέστατον. οἱ γὰρ
τῷ Δομετιανῷ ἐπιβουλεύοντες οὐ πρότερον ἔργου ἥψαντο πρὶν P I 583
τὸν διαδεξόμενον τὴν αὐταρχίαν ἐβεβαιώσαντο. ἦλθον οὖν ἐπὶ
τὸν Νερούαν· ὃς ἀστρολόγων ὅτι μοναρχήσει φησάντων μικροῦ
διώλετο ἄν. ὁ γὰρ Δομετιανὸς πάντων τῶν πρώτων τάς τε ἡμέ-
ρας καὶ τὰς ὥρας ἐν αἷς ἐγεγέννηντο διασκοπῶν, οὐκ ὀλίγους κἀκ
τούτου τῶν ἐλπιζομένων ἔν τινι δυνάμει ἔσεσθαι προανήλισκε.
καὶ τοῦτον ἀπέκτεινεν ἄν, εἰ μή τις τῶν ἀστρολόγων αὐτῷ εὐνοῶν
ἔφη ὅτι δι' ὀλίγων ἡμερῶν τελευτήσει· πιστεύσας γὰρ ὄντως τοῦτ'
ἔσεσθαι, οὐκ ἠθέλησε κἀκεῖνον πεφονευκέναι, ὡς πάντως μετὰ
μικρὸν τεθνηξόμενον. διὰ ταῦτα γοῦν ῥᾷον ἔπεισαν αὐτὸν συν- B
θέσθαι τῇ τῆς ἡγεμονίας καταδοχῇ. καὶ φθαρέντος τοῦ Δομε-
τιανοῦ εὐθὺς αὐτὸς τὴν αὐταρχίαν ἐδέξατο. καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνου W II 199
ἐξελαθεῖσι δόγματι ἐπανελθεῖν ἐφῆκε καὶ τὰς οὐσίας ἀπολαβεῖν.
ἡ δέ γε σύγκλητος καθαιρεθῆναι τὰς Δομετιανοῦ τιμὰς ἐψη-
φίσατο.

Τότε τοίνυν καὶ τὸν μέγαν ἀπόστολον Ἰωάννην ἀπὸ τῆς ἐν τῇ Πάτμῳ ὑπερορίας λόγος ἔχει ἐπανελθεῖν πρὸς τὴν Ἔφεσον.

2 καὶ prius om A. 5 ὅτι μοναρχήσει φησάντων om Dio exc. 8 ἐλπιζομένων om A. 10 πιστεύσας — 12 τεθνηξόμενον om Dio exc. 13 καὶ φθαρέντος — 17 ἐψηφίσατο] horum plurima om Dio exc. 14 τοῖς ἐξ ἐκείνου ἐλαθεῖσι A. 19 τῇ om C.

Fontes. *Cap.* 20. *Dionis Historiae Romanae lib.* 67 *c.* 15 *et lib.* 68 *c.* 1 — *c.* 4, *quorum nonnulla Xiphilinus praetermisit, indidem fortasse petita sunt quae ex Philostrati Vitis sophistarum (II* 1, *pag.* 547 548 *ed. Olear.) Zonaras attulit. Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 3 *c.* 21 — *c.* 23.

utinam ante susceptum imperium factum esset: (20) regnum autem ad Nervam transiit, virum et nobilissimum et moderatissimum. qui enim Domitiano insidiabantur, id facinus non prius aggressi quam certum successorem nacti essent, principatum Nervae detulerunt: qui ob praedictum ab astrologis imperium paene periisset. Domitianus enim omnium principum nataliciis diebus et horis indagatis, ea quoque de causa non paucos, qui potentes fore putabantur, sustulit. occidisset et hunc, nisi astrologus quidam illi bene cupiens eum intra paucos dies decessurum dixisset. quod cum verum esse crederet, caede eius ut iamiam morituri abstinuit. Nerva autem ob eam praedictionem facilius persuaderi sibi passus est ut Domitiano interfecto statim susciperet imperium. cuius prima cura fuit ut ab illo actos in exsilium decreto revocaret, bonis etiam restitutis. patres vero conscripti honores Domitiano decretos senatusconsulto abrogarunt.

Tum etiam magnus apostolus Ioannes e Patmico exsilio Ephesum rediisse fertur.

[redacted]

Ἦν δὲ ὁ Νερούας φιλοδίκαιος καὶ χρημάτων οὐχ ἥττητο. ἐκείνου γὰρ μοναρχοῦντος Ἀττικὸς ὁ τοῦ σοφιστοῦ Ἡρώδου πατήρ, ὡς ὁ Φιλόστρατος ἐν τοῖς βίοις τῶν σοφιστῶν ἀνεγράψατο, θη-
C σαυροῦ τι εὗρεν ἐπὶ τῆς οἰκίας χρῆμα ἀμύθητον. καὶ φοβηθεὶς ἔγραψε τῷ Νερούᾳ ὡς "θησαυρὸς ἐπὶ τῆς οἰκίας εὑρέθη μοι· τί οὖν κελεύεις περὶ αὐτοῦ;" καὶ ὃς ἀντέγραψε "χρῶ τῷ εὑρήματι." ὁ δ' ἔτι εὐλαβηθεὶς ἔγραψεν αὖθις "ἀλλ' ὑπὲρ ἐμὲ τυγχάνει τὸ εὑρεθέν." καὶ ὁ αὐτοκράτωρ πρὸς τοῦτο "καὶ καταχρῶ" ἀντεπέστειλε.

Τούτου βασιλεύοντος ὁ δεύτερος ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας Ἀβίλιος μετήλλαξε τὴν ζωήν, καὶ Κέρδων τῆς ἐκεῖ ἐκκλησίας προέστη. τῆς δ' ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας Ἰγνάτιος τότε ὁ θεοφόρος προΐστατο, δεύτερος καὶ οὗτος ἐπίσκοπος ἐκεῖ μετὰ Εὐόδιον
D γνωριζόμενος. ὁμοίως δὲ καὶ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις τῶν πιστῶν ἐκκλησίας Συμεὼν ἐξηγεῖτο, δεύτερος καὶ οὗτος μετὰ τὸν συγγενῆ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου λεγόμενον τὴν ἐπισκοπὴν λελογχώς.

Παρὰ τούτου τοῦ αὐτοκράτορος αἱ μονομαχίαι καὶ ἡ τούτων θέα ἀπηγορεύθησαν. ἔπραττε δὲ οὐδὲν γνώμης ἄτερ τῶν ἐξόχων τῶν τῆς βουλῆς. οὗτος ἐνομοθέτησε καὶ τὸ μή τινα τὰ παιδογόνα μόρια παρὰ Ῥωμαίοις ἐκτέμνεσθαι, μήτε μὴν ἄγεσθαι πρὸς γάμον ἀδελφιδῆν. φωράσας δὲ τὸν Καλπούρνιον Κράσσον

3 Φιλόστρατος] in Vitis sophistarum II 1, pag. 547 548 ed. Olear. 6 εὑρέματι A. 10 Ἀλεξανδρείας] τῆς ἀλεξανδρείας B. 22 καλπουρῖνον κράσον ABC.

Nerva et iustitiae amans et alienus ab avaritia fuit. nam cum Atticus Herodis rhetoris pater, ut Philostratus in Vitis sophistarum refert, domi suae ingentem thesaurum repperisset, ne quid ex eo periculi sibi crearetur timens Nervae scripsit "thesaurus a me inventus est: quid ergo iubes?" ei rescripsit Nerva "utere invento." cum ille nondum securus denuo scripsisset "at condicionem meam inventum superat", respondit imperator "etiam abutere."

Hoc imperante secundus Alexandrinus episcopus Avilius diem suum obiit et Cerdo eius ecclesiae gubernationem suscepit. Antiochenae ecclesiae Ignatius tum praefuit, vir deo plenus, secundus et ipse eius loci episcopus post Euodium. similiter Hierosolymitanae quoque fidelium ecclesiae Symeon praefuit, alter et hic a cognato Iacobo, qui frater domini dicitur, episcopatum sortitus.

Hic imperator ludos gladiatorios horumque spectacula interdixit. nihil egit nisi de sententia principum senatorum. legem tulit ne quis in Romano imperio castretur, neve fratrum aut sororum filias ducere liceat. cum a Calpurnio Crasso et aliis insidias sibi fieri deprehendisset, eis in

καὶ ἄλλους ἐπιβουλεύοντάς οἱ, ἔν τινι θέᾳ πλησίον αὐτοῦ καθίσας P I 584 αὐτοὺς μήπω γνόντας ὅτι πεφώρανται, ξίφη αὐτοῖς ἐνεχείρισεν, ἵνα τάχα ἴδοιεν αὐτὰ εἰ εὖ ἐξείργασταί τε καὶ τέθηκται· τῇ δ' ἀληθείᾳ, ἵνα γνοῖεν ὡς καταπεφρόνηταί οἱ ὁ θάνατος. ἔλεγε δὲ ὅτι "οὕτως ἦρξα ὥστε δύνασθαι καὶ τὴν ἀρχὴν ἀποθέσθαι καὶ ἀσφαλῶς ἰδιωτεῦσαι." διὰ δὲ τρόπων χρηστότητα καὶ γῆρας βαθὺ καταφρονούμενος, ἀναβὰς εἰς τὸ Καπιτώλιον ἐξεβόησεν "ἀγαθῇ τύχῃ τῆς τε βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, Μάρκον Οὔλπιον Νερούαν Τραϊανὸν εἰσποιοῦμαι." εἶτα καὶ Καίσαρα ἀνεῖπεν αὐτόν, καὶ αὐτοχείρως ἐπέστειλε τῷ ἀνδρὶ τῆς Γερμανίας ἄρχοντι τότε

"τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν."

ἄρξας οὖν ὁ Νερούας ἐφ' ἕνα ἐνιαυτὸν καὶ μηνῶν τετρακτύν, B μετήλλαξε τὴν ζωὴν νοσήσας, καὶ αὐτοκράτορα τὸν Τραϊανὸν προβαλόμενος.

21. Τραϊανὸς δὲ τὸ γένος εἷλκεν ἐξ Ἰβηρίας, δεύτερον ἐπὶ τεσσαρακοστῷ ἔτος ἄγων ἀπὸ γενέσεως ὅτε τῆς αὐταρχίας τετύχηκεν, ὥστ' ἐν ἀκμῇ αὐτὸν εἶναι καὶ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, καὶ μήτε θράσους ὑπὸ νεότητος πίμπλασθαι μήθ' ὑπὸ γήρους ἀμβλύνεσθαι. ἐτίμα δὲ τοὺς ἀγαθούς, καὶ εὖ πρὸς πάν-

6 τρόπων χρηστότητα om Dio exc. 9 εἰσποιοῦμαι τραϊανόν C. καὶ om A. 12 τίσειαν] Iliadis Α 42. 13 ὁ add A. dies novem add Xiphilinus. 15 προβαλλόμενος PW. 17 ἐπὶ τεσσαρακοστῷ ἔτος ἄγων AB, ἔτος ἄγων ἐπὶ τεσσαρακοστῷ PW. 19 μήτ' ὑπὸ PW. 20 γήρως Xiphilinus.

Fontes. *Cap. 21. Dionis Historiae Romanae lib.* 68 *c.* 4 — *c.* 23, *unde sumpta videntur etiam Appiani verba, quamvis apud Xiphilinum non legantur.*

spectaculo quodam proxime se collocatis enses in manus tradidit, ignaris adhuc indicii, ut viderent scilicet an affabre facti atque acuti essent; cum revera innueret mortem a se contemni. aiebat autem se ita imperasse, ut etiam deposito imperio vitam privatam tuto posset agere. sed cum ob morum lenitatem et aetatem contemneretur, Capitolio conscenso exclamavit "quod felix faustumque sit senatui populoque, M. Ulpium Nervam Traianum adopto." dein Caesarem quoque eum appellavit, eique Germaniam tum obtinenti sua manu scripsit

"sentiat ob lacrimas nostras tua spicula Graius."

obiit ex morbo, cum imperavisset annum unum et menses quattuor, Traiano imperatore designato.

21. Traianus genus ex Hispania ducens anno aetatis secundo et quadragesimo imperium adeptus est, in ipso animi corporisque vigore, et a iuvenili audacia et a senili socordia alienus. bonis honorem habebat: bene affectus erga omnes neminem timebat, neminem oderat: dela-

τας διατιθέμενος οὔτ' ἐδεδοίκει τινὰς οὔτε μὴν ἀπηχθάνετο, οὔτε προσεῖχε τοῖς διαβάλλουσιν, οὔτ' ἦν ὀξύρροπος πρὸς ὀργήν, τῶν
C τε χρημάτων τῶν ἀλλοτρίων ἴσα καὶ φόνων τῶν ἀδίκων ἀπείχετο. καίτοι μεγαλόφρων καὶ μεγαλογνώμων γενόμενος καὶ ἐν ὁδοῖς καὶ ἐν λιμέσι καὶ ἐν δημοσίοις οἰκοδομήμασιν ἐδαπάνα πολλά. καὶ ἐπειδὴ τὸν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἱππόδρομον φθαρέντα ἀνήγειρε μείζω τε καὶ περικαλλέστερον, ἐπέγραψεν αὐτῷ ὅτι ἐξαρκοῦντα τῷ τῶν Ῥωμαίων δήμῳ ἐποίησε. καὶ μᾶλλον ἔχαιρε φιλούμενος ἢ τιμώμενος, καὶ ἀγαπητὸς ἤθελεν εἶναι τοῖς ὑπηκόοις, τοῖς πολεμίοις δὲ φοβερός. τῆς μὲν οὖν ἐν λόγοις παιδείας οὐ μετέσχηκε, τὸ δ' ἔργον αὐτῆς καὶ ἠπίστατο καὶ εἰργάζετο. οἴνου δ' ἡττώμενος
W II 200 νήφων ἦν, καὶ ἐπτοημένος περὶ μειράκια οὐδένα ἐλύπησε. φιλο-
D πόλεμος δὲ γεγονὼς καὶ πλεῖστα κατωρθωκὼς οὐκ εἴα τοὺς στρατιώτας ὑπερφρονεῖν, οὕτως ἐγκρατῶς αὐτῶν ἦρχεν. ἦν δ' αὐτῷ γυνὴ Πλωτίνα.

Ἐστράτευσε μέντοι ἐπὶ Δάκας, ἢ Δακοὺς κατὰ Ἴωνας, ὡς ὁ Ἀππιανὸς ἐν τῷ εἰκοστῷ τρίτῳ λόγῳ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας φησί, μήτε χρήματα ἃ ἐπετείως ἐλάμβανον διδόναι αὐτοῖς ἀνεχόμενος, καὶ δίκας εἰσπράξασθαι τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς ἱμειρόμενος. πυθόμενος οὖν ὁ Δεκέβαλος, ὃς Δακῶν ἦρχε, τὴν τοῦ Τραϊανοῦ κατὰ τοῦ ἔθνους ὁρμήν, ἔδεισεν, εἰδὼς τὸν ἄνδρα στρατηγικώτατον. καὶ πολέμου συρραγέντος σφίσι πολλοὺς μὲν

2 οὔτ' ἦν ὀξύρροπος πρὸς ὀργήν] καὶ ὀργῇ ἥκιστα ἐδουλοῦτο Dio in Bekkeri Anecd. 134, 20: et sic Xiphilinus. 4 ἐν om B. 6 τε om A. 17 εἰκοστῷ τρίτῳ] inscripto Δακικῇ. cf. Photii Biblioth. p. 16 a 22 ed. Bekkeri. 20 ἦρχε δακῶν AB. τοῦ om A.

tores contemnebat, non proclivis erat ad iracundiam: aliena pecunia aeque ac caedibus iniustis abstinebat: quamvis magno animo magnoque ingenio praeditus in vias portus operaque publica magnos sumptus faceret. cum circum equestrem collapsum instaurasset, maioremque et pulchriorem fecisset, inscripsit se fecisse tantum ut populus Romanus satis spatii haberet. magis gavisus est se amari quam honorari: subditis carus, hostibus terribilis esse voluit. quamvis disciplina litterarum eruditus non esset, rem ipsam tamen et novit et exercuit. vini fuit avidior, sed citra ebrietatem: puerorum magnus amator, sed citra cuiusquam molestiam. cum vir bellicosus esset et res magnas gessisset, ea disciplina milites continebat, ut eos efferri animis non pateretur. uxorem Plotinam habuit.

Bello aggressus est Dacas, seu Dacos secundum Iones, ut Appianus ait vigesimo tertio Romanae historiae libro; quod et annua tributa pendere recusabat, et eorum facta ulcisci cupiebat. cuius adventum Decebalus gentis eius princeps timuit, non ignarus Traianum virum esse

τῶν πολεμίων ἀπέκτειναν οἱ Ῥωμαῖοι, οὐ μείους δὲ καὶ αὐτῶν P I 585 ἐτραυματίσθησαν. τοσοῦτοι δ᾽ ἦσαν οἱ τραυματίαι, ὡς ἐπιλιπόντων τῶν ἐπιδέσμων μηδὲ τῆς ἑαυτοῦ ἐσθῆτος φείσασθαι τὸν Τραϊανόν. ἐπεὶ δὲ τά τε ἄκρα, δυσχερῶς μέν, κατέλαβε δέ, καὶ πέλας τῶν βασιλείων ἦλθεν αὐτῶν, πρέσβεις ὁ Δεκέβαλος πέπομφε, συντιθέμενος τά τε ὅπλα καὶ τὰ μηχανήματα καὶ τοὺς μηχανοποιοὺς παραδοῦναι, καὶ ἅπαν ἕτερον ὃ ἂν ἀπαιτοῖτο ποιῆσαι· καὶ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα ἐλθὼν ἐς οὖδας κατακλιθεὶς αὐτῷ προσεκύνησεν. εἶτα εἰς τὴν Ἰταλίαν ὁ Τραϊανὸς ἀναζεύξας καὶ τοὺς τοῦ Δεκεβάλου πρέσβεις ἐπήγετο. οἵπερ εἰσαχθέντες εἰς τὸ συνέδριον, τὰ ὅπλα ἀποθέμενοι καὶ τὰς χεῖρας συνάψαντες ἐν B αἰχμαλώτων σχήματι, πολλά τε εἶπον καὶ ἱκέτευσαν· καὶ οὕτω σπονδῶν τυχόντες αὖθις τὰ ὅπλα ἀπέλαβον. Τραϊανὸς δὲ καὶ ἐθριάμβευσε καὶ Δακικὸς ὠνομάσθη. οὐχ ὡς ἀρήϊος δὲ τῶν ἄλλων ἠμέλει ἢ ἧττον ἐδίκαζεν, ἀλλὰ καὶ πολλαχοῦ καὶ πολλάκις ἐπὶ βήματος ἔκρινεν.

Ὡς δὲ ἀπηγγέλλετο αὐτῷ ὁ Δεκέβαλος αὖθις νεωτερίζων καὶ ταῖς συνθήκαις οὐκ ἐμμένων, αὐτὸς καὶ πάλιν πρὸς ἐκεῖνον ἐστράτευσε. καὶ ὁ Δεκέβαλος ἡττώμενος ἰσχύϊ, δόλῳ αὐτοῦ περιγενέσθαι διεμελέτησε. καὶ εἰδὼς εὐπρόσιτον ὄντα Τραϊανόν, καὶ τὸν βουλόμενον εἰς ὁμιλίαν δεχόμενον, ψευδαυτομόλους ἀπέστειλεν, ἵν᾽ εἰ δυνηθεῖεν αὐτὸν διαχρήσαιντο. εἷς δ᾽ ἐκείνων ὑπ- C

1 αὐτῶν καὶ A. 2 ἐτραυμάτισαν C. 6 τά τε ὅπλα om C. 11 τὰ ὅπλα] καὶ τὰ ὅπλα τε A. 12 οὕτως PW. 15 ητταν PW. 17 αὐτῷ add AB. αὖθις om C.

rei bellicae peritissimum. pugna commissa Romani multos hostes occiderunt, nec pauciores ex ipsis vulnerati sunt: quorum tanta multitudo fuit, ut cum fasciae deessent, Traianus ne suae quidem vesti pepercerit. cum summis cacuminibus magno labore occupatis ipsi regiae appropinquaret, Decebalus per legatos pollicitus se arma machinas et fabros traditurum, et quicquid praeterea a se postularetur facturum, ipse ad imperatorem venit eumque humi prostratus adoravit. deinde Traianus in Italiam reversus legatos Decebali secum adduxit: qui in senatum introducti, positis armis, manibusque captivorum instar coniunctis, multis verbis supplicarunt, et pace impetrata arma receperunt. Traianus triumpho acto Dacicus cognominatus est. neque vero propter rei militaris studium caetera neglexit, sed multis in locis et saepe ius pro tribunali dixit.

Cum Decebalus pactis et conventis violatis res novas moliri nuntiaretur, ipse denuo contra illum duxit exercitum: qui quia viribus impar erat, dolo imperatorem vincere studebat. quem cum accessu esse facilem et quemvis ad colloquium admittere sciret, transfugas subornavit qui eum, si possent, occiderent. sed unus eorum ob suspicionem com-

σπευθεὶς συνελήφθη, καὶ ἐτασθεὶς ἐξέφηνε τὸ ἀπόρρητον. γεφυρώσας δὲ τὸν Ἴστρον ὁ αὐτοκράτωρ, καὶ ἔργον τοῦτο διαπραξάμενος μήτε θαυμασθῆναι ἀξίως μήτ᾽ ἐξηγηθῆναι δυνάμενον, διὰ τῆς γεφύρας τε ταύτης τὸν ποταμὸν περαιωθείς, μόλις μὲν καὶ κινδυνωδῶς ἐκράτησε τῶν Δακῶν, ἐκράτησε δ᾽ οὖν. καὶ ὁ Δεκέβαλος ἀπογνοὺς διεχειρίσατο ἑαυτόν. κἀντεῦθεν τὸ ἔθνος τὸ τῶν Δακῶν καὶ ἡ χώρα σφῶν Ῥωμαίοις ὑπήκοος γέγονε. καὶ τοὺς θησαυροὺς δ᾽ εὗρε τοὺς Δεκεβάλου, καίτοι δυσχεροῦς οὔσης τῆς τούτων εὑρέσεως. ποταμὸν γάρ, ὃς τοῖς βασιλείοις αὐτοῦ παρέρ-
D ρει, μετοχετεύσας ὁ βάρβαρος, τὴν γῆν ἐφ᾽ ἧς διῄει τὸ ὕδωρ ὤρυξεν εἰς βάθος πολύ, καὶ πλεῖστον μὲν χρυσόν, πλείω δὲ ἄργυρον, καὶ ἄλλα τῶν τιμίων ὅσα μὴ πέφυκεν ἐξ ὑγρότητος φθείρεσθαι, καταθέμενος τῷ ὀρύγματι, πλαξί τε κατέστρωσε τὴν ἐκεῖ γῆν καὶ χοῦν ταύταις ἐπήνεγκε, καὶ οὕτως αὖθις τὸ ὕδωρ εἰς τὴν πρώτην μετέστρεψε δίοδον· καὶ ἐς σπήλαιον δὲ πολλὰ ἐναπέθετο. ταῦτα δ᾽ ἐποίει μή τινος ἄλλου παρόντος ἢ αἰχμαλώτων οἳ περὶ ταῦτα ἐπόνουν· καὶ μετὰ τὴν κατάκρυψιν τοὺς αἰχμαλώτους ἐκτίννυεν, ἵνα μὴ ἔκφορα τὰ παρ᾽ αὐτῶν γεγονότα ποιήσωσιν. εἷς δέ τις ἑταῖρος τοῦ Δεκεβάλου συνειδὼς τὰ τεθησαυρισμένα, ὑπέδειξεν αὐτά.

P I 586 Τὸν δὲ Λικίννιον Σούραν πλούσιον ἄνδρα φιλῶν, καὶ ὑπ᾽ ἐκείνου φιλούμενος, διαβαλόντων τινῶν τὸν ἄνθρωπον ὡς ἐπιβουλεύοντα αὐτῷ, ἄκλητος πρὸς ἐκεῖνον ἐπὶ δεῖπνον ἀπῆλθε, καὶ

8 τῆς τούτων οὔσης B. 10 ἐφ᾽ οἷς B. 12 τῶν om B. καταφθείρεσθαι C. 15 πρώτην ABCW, πρώην P. 17 ἐκήνουν C. 18 ἐκτίννυεν] ἀπέκτεινεν A. 21 λικίνιον B. σοῦραν A, Σούῤῥαν P, σούῤῥαν BCW.

prehensus in quaestionibus arcanum effatus est. imperator autem ponte per Istrum facto, quod opus omnem admirationem et commemorationem superat, traductoque exercitu, vix ille quidem et cum periculo, sed vicit tamen Dacos. Decebalus prae desperatione se ipse interfecit. ex eoque gens Dacorum eorumque provincia Romanis parere coepit. repperit et thesauros Decebali, quamvis difficilis eorum esset inventio. barbarus enim fluvio qui regiam praeterfluebat, alio traducto, in alveo foveam praealtam excavarat, quam magna auri, maiore argenti aliarumque rerum quibus humiditas non nocet copia iniecta, lapideis tabulis obstruxerat; aggestaque terra fluvium in veterem alveum reduxerat: multa etiam in speluncis abdiderat. haec nemine praesente nisi captivis faciebat: quos absoluto opere et rebus occultatis interficiendos curabat, ne arcanum proderent. unus tamen familiaris eius, gnarus ubi thesauri essent, indicium fecit.

Cum Licinium Suram, virum divitem, quem mutuo amabat, quidam ut insidiatorem criminati essent, invocatus cenatum ad eum abiit,

τοὺς δορυφόρους ἀποπέμψας, τὸν ἰατρὸν τοῦ Σούρα ἐκάλεσε, καὶ δι' ἐκείνου τοὺς ὀφθαλμούς, διὰ δὲ τοῦ κουρέως ἐκείνου τὴν ὑπήνην ἐξύρατο· εἶτα καὶ ἐλούσατο καὶ ἐδείπνησε. καὶ τοῖς τὸν W II 201 Σούραν διαβάλλουσιν ἔφη τῇ ὑστεραίᾳ "εἰ ἤθελέ με Σούρας ἀποκτεῖναι, οὐδὲν ἐκώλυε τὸν ἄνδρα χθὲς τοῦτο ποιῆσαι."

Ἔπαρχον μέντοι τῶν δορυφόρων προχειριζόμενος, καὶ ὀρέγων αὐτῷ τὸ ξίφος ὃ παραζώννυσθαι αὐτὸν ἐχρῆν, "λάβε τοῦτο" ἔφη, "καὶ εἰ μὲν ἄρχω καλῶς, ὑπὲρ ἐμοῦ τούτῳ χρῆσαι, εἰ δὲ B κακῶς, κατ' ἐμοῦ." ἐποίησε δὲ καὶ βιβλίων ἀποθήκας. καὶ μετὰ ταῦτα κατὰ Πάρθων καὶ Ἀρμενίων ἐστράτευσεν, ὅτι τὸ διάδημα ὁ Ἀρμένιος οὐχ ὑπ' αὐτοῦ ἔλαβεν, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Πάρθων βασιλέως. ἦν δὲ σκῆψις τοῦτο, τὸ δ' ὅλον φιλοτιμία καὶ δόξης ἔρως. ἐχειρώσατο οὖν τὴν Ἀρμενίαν. καὶ αὐτῷ ἡ βουλὴ πολλὰ ἐψηφίσατο, πρὸς δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ Ὄπτιμον ἐπωνόμασεν (ἄριστον δὲ τοῦτο δηλοῖ ἐξελληνιζόμενον), εἶτα καὶ Παρθικὸν αὐτῷ ἐπίκλησιν ἔθετο. ὁ δὲ μᾶλλον τῶν ἄλλων τῇ τοῦ Ὀπτίμου προσηγορίᾳ ἦν σεμνυνόμενος, ὅτι τοὺς τρόπους ὑπεδήλου αὐτοῦ.

22. Σεισμοῦ δὲ ἐπὶ τῆς αὐταρχίας αὐτοῦ σφοδροτάτου συμβάντος, καὶ ἄλλαι μὲν ἔπαθον πόλεις, μᾶλλον δὲ τῶν ἄλλων C ἡ πρὸς τῷ Ὀρόντῃ πέπονθεν Ἀντιόχεια. ὅτε καὶ αὐτὸς ὁ Τραϊανὸς ἐκεῖ διατρίβων μικροῦ κεκινδύνευκεν ἄν· ἐπλήγη δὲ τέως ἐκ

1 σουρα CW, Σούῤῥα P. 4 σούραν BW, Σούῤῥαν P. σούρρας ABCW, Σούῤῥαν P. 7 περιζώννυσθαι B. 20 ὀρρόντῃ A.

Fontes. *Cap.* 22. *Dionis Historiae Romanae lib.* 68 *c.* 24 — *c.* 33. *Eusebii Historiae ecclesiasticae lib.* 3 *c.* 32 — *lib.* 4 *c.* 2.

et satellitibus ablegatis Surae medico oculos curandos, eius tonsori barbam radendam praebuit. deinde lavit et cenavit. postridie calumniatoribus dixit "si me occidere Sura voluisset, nihil ei obstitisset quo minus id heri fecisset."

Cum praefectum praetorio designaret, eique ensem porrigeret quo is accingi debebat, "cape hunc" inquit, "et si bene impero, pro me, sin male, contra me illo utitor." instruxit etiam bibliothecas. post contra Parthos et Armenios duxit exercitum, quod Armenius diadema non a se sed a Parthorum rege accepisset. ea causa praetexebatur bello, cum tota res ab ambitione et gloriae cupiditate proficisceretur. Armenia subacta multa ei a senatu decreta sunt; et praeter caetera Optimi, post etiam Parthici cognomentum tributum. sed Optimi appellatione, quod mores suos exprimeret, magis est delectatus.

22. Maximo terrae motu sub eius imperio cum aliae urbes quassatae sunt, tum praeter caeteras Antiochia ad Orontem, ubi Traianus quoque paene periisset, ruina aedificii in quo degebat ictus. in iis rui-

τοῦ τῆς οἰκίας, ἐν ᾗ διῆγε, συμπτώματος. ἀριθμοῦ δὲ κρεῖττον
πλῆθος συγκέχωστο τοῖς συμπτώμασι. καὶ οἱ μὲν συντριβόμενοι
τῷ βάρει τῶν καταπιπτόντων ἀπώλλυντο, οἱ δὲ ἐν διακένοις τισὶ
τυχαίως συμβαίνουσιν, οὕτω τῶν ὑλῶν συμπιπτουσῶν, διασωζό-
μενοι, ἐξελθεῖν δ' ἐκεῖθεν οὐκ ἰσχύοντες, λιμῷ διεφθείροντο·
ἐπεκράτει γὰρ ὁ κλόνος τῆς γῆς ἐφ' ἡμέρας πολλάς. ἤδη δὲ
παυσαμένης τῆς συμφορᾶς ἐπέβη τις ἀναθαρσήσας τῶν ἐρειπίων,
D καὶ ἤκουσε βοώσης κάτωθεν γυναικός. ἀνορύξαντες οὖν τὴν ἄν-
θρωπον ἀνεσώσαντο, καὶ παιδίον φέρουσαν ὑπομάζιον, ὃ τῷ
γάλακτι ἔτρεφεν, ἀλλὰ μέντοι καὶ ἑαυτήν. ἐκ τούτου καὶ τὰ
λοιπὰ ἀνεχώννυον· ἀλλ' οὐχ εὗρον ζῶντάς τινας πλὴν παιδίου
ἑνός, τῷ λιμῷ δὲ φθαρέντας πολλούς.

Ἔαρος δ' ἐπιστάντος κατὰ τῶν Πάρθων αὖθις ἐχώρησεν ὁ
Τραϊανός· καὶ τῆς τε Ἀδιαβηνῆς ἁπάσης ἐκράτησεν, ἣ μέρος ἐστὶ
τῆς Ἀσσυρίας τῆς περὶ Νίνον, καὶ τῶν Γαυγαμήλων καὶ τῶν
Ἀρβήλων, παρ' οἷς Ἀλέξανδρος τὸν Δαρεῖον ἐνίκησε· καὶ μέχρι
τῆς Βαβυλῶνος προῆλθεν αὐτῆς. ἐπεραιώθη δὲ καὶ τὸν Τίγριν
καὶ εἰς τὴν Κτησιφῶντα εἰσῆλθεν. ἱμείρετο μέντοι καὶ τὴν Ἐρυ-
θρὰν εἰσπλεῦσαι θάλασσαν, ἣ μοῖρα μὲν τοῦ Ὠκεανοῦ λέγεται,
P I 587 κέκληται δ' οὕτως ἀπό τινος ἐν αὐτῇ δυναστεύσαντος. ἐνενόει δὲ
καὶ Ἰνδούς, καὶ ἔλεγεν ὡς "εἰ νέος ἔτι ἦν, καὶ ἐπ' αὐτοὺς ἂν
ἐπεραιώθην." ἐν ᾧ δὲ χρόνῳ ἐπὶ τὸν Ὠκεανὸν κατέπλει καὶ
αὖθις ἀνήγετο, ὅσα ἑάλωσαν πρότερον ἀποστασίαν ἐνόσησαν.

5 οὐχ PW. ἐξισχύοντες A. 14 πάσης A. 15 τῆς Ἀσσυρίας om C. ἀσσυρίας A Xiphilinus, Συρίας PW. γαγαμήλων A. haec aliter apud Xiphilinum. 17 τίγρην ABC. 21 νέος ἔτι A Xiphilinus, ἔτι νέος PW. 22 ἐπεραιώθη A.

nis innumera multitudo periit; alii gravitate molis oppressi, alii, qui fortuito aedificiorum casu in cavis locis inclusi perfringere non poterant, illa concussione per dies complures durante, fame perierunt. tandem sedata calamitate quidam ruinas conscendere ausus mulierem infra vociferantem audivit: quam remota materia eduxerunt. ferebat autem illa puerum in ulnis; quem, ut et semetipsam, uberibus suis aluerat. deinde ruinis etiam caeteris remotis nullos viventes praeter unum puerum reppererunt; qui autem fame perierant, multos.

Sub vernum tempus Traianus denuo contra Parthos profectus tota Adiabene potitus est (ea pars est Assyriae iuxta Ninum) et Gaugamelis et Arbelis, ubi Darium Alexander vicit. et ad ipsam usque Babylonem progressus, Tigri traiecto Ctesiphontem est ingressus. cupiebat etiam Erythraeum mare lustrare, quae Oceani pars est, a rege eius loci quodam nomen adepta. etiam Indos animo agitabat; dicebatque, si iunior esset, se illos quoque petiturum. dum vero ad Oceanum tendit, atque inde revertitur, ii quos dudum subegerat, ad defectionem specta-

ὁ δὲ δείσας μὴ καὶ οἱ Πάρθοι τὸ αὐτὸ δράσωσιν, ὁμογενῆ σφίσι βασιλέα προεχειρίσατο, αὐτὸς αὐτῷ τὸ διάδημα ἐπιθέμενος. εἶτα καὶ τῶν Ἀράβων ἀφεστηκότων ὥρμησε κατ' αὐτῶν· καὶ μηδὲν ἀνύσας ὀλίγου δεῖν ἐτρώθη ἄν· κἀκεῖθεν ἀπῆλθε νοσῶν.

Καὶ οἱ κατὰ Κυρήνην δὲ Ἰουδαῖοι ἀπέστησαν καὶ ἔκτεινον καὶ Ῥωμαίους καὶ Ἕλληνας, καὶ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ οἱ ἐν Κύπρῳ οὐχ ἧττους ὁμοίως διέφθειραν. κατεστρέψατο δὲ τούτους Τραϊα- B νός, στράτευμα κατ' αὐτῶν πεπομφώς. μέμνηται τῆς τῶν Ἰουδαίων ταύτης ἀποστασίας καὶ ὁ Εὐσέβιος ἐν τῷ τετάρτῳ λόγῳ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας. ἐκείνῳ δ' ἦν πρὸς Μεσοποταμίαν τὸ ὅρμημα, τῇ δὲ νόσῳ καταπονούμενος ἤρξατο τοῦ πρὸς Ἰταλίαν πλοός, Πόπλιον Αἴλιον Ἀδριανὸν ἄρχειν ἐπιστήσας τῶν στρατευμάτων ἐν τῇ Συρίᾳ. ἐλθὼν δ' εἰς Σελινοῦντα τῆς Κιλικίας, ἣ καὶ Τραϊανούπολις κέκληται, τὸν βίον κατέλυσεν, ὡς μὲν ἐκεῖνος WH 202 ᾠήθη φαρμάκῳ διαφθαρείς, ὡς δέ τινες λέγουσι δι' ἐπίσχεσιν αἵματος ἐτησίως αὐτῷ ἐκκρινομένου διὰ γαστρός. συνέβη δέ οἱ C καὶ ἀποπληξία, ἣ πάρεσις τοῦ σώματος ἐκ μέρους ἐπηκολούθησεν. ὕδερος δ' ἦν ὡς ἐπίπαν αὐτῷ τοῦ θανάτου τὸ αἴτιον. ἦρξε δ' ἔτη ἐννεακαίδεκα πρὸς μησὶν ἕξ.

Τούτου κρατοῦντος Συμεὼν ὁ τοῦ Κλοπᾶ, δεύτερος ἀρχιερεὺς γεγονὼς Ἱεροσολύμων μετὰ τὸν θεῖον Ἰάκωβον, ἐμαρτύρησεν, αἰκισθεὶς μὲν πρότερον ἐπὶ πλείσταις ἡμέραις, εἶτα σταυρὸν καταδικασθείς, ἐτῶν ὢν ἑκατόν τε καὶ εἴκοσι. μεθ' ὃν τρίτος Ἱερο-

5 δὲ om A. 9 τετάρτῳ λόγῳ] capite 2. 19 ἕξ] Xiphilinus addit ἡμέρας τε πέντε καὶ δέκα. 20 Κλωπᾶ Eusebius.

bant. veritus igitur ne Parthi quoque idem facerent, regem eis suae gentis praefecit, eique ipse diadema imposuit. deinde Arabes etiam sub iugum reducturus, re infecta paene vulneratus esset, atque aegrotans inde discessit.

Defecerunt etiam Cyrenenses Iudaei, et Romanis et Graecis trucidatis. idem et Aegyptiaci et Cyprii imitati sunt. sed hos misso exercitu domuit. huius Iudaicae defectionis etiam Eusebius meminit, Ecclesiasticae historiae libro quarto. cum in Mesopotamiam ire cuperet, morbo oppressus cursum Italiam versus intendit, P. Aelio Hadriano Syriacis legionibus praeposito. sed cum Selinuntem Ciliciae urbem, quae etiam Traianopolis dicitur, venisset, vita functus est, ut ipse putabat, veneno hausto; ut alii dicunt, ob suppressum sanguinem quem quotannis per alvum excernere solebat. accessit apoplexia, consecuta resolutione corporis ex parte. verum aqua intercus omnino mortis ei causa fuit. imperavit annos 19 cum semestri.

Eo imperante Symeon Clopae filius, secundus Hierosolymorum post S. Iacobum pontifex, martyrium subiit, post dierum complurium cruciatus ad crucem damnatus, anno aetatis vigesimo et centesimo.

σολύμων ἀρχιερεὺς Ἰοῦστος ἐκ περιτομῆς καὶ αὐτὸς ἐχρημάτισε. καὶ ἄλλους δὲ τότε πολλοὺς ἐν τόποις πλείοσι μαρτυρικοῦ τέλους ἀξιωθῆναι ἱστόρησεν ὁ Εὐσέβιος· εἶτα τὸ πλῆθος τῶν κτεινομέ-
D νων μαθόντα τὸν αὐτοκράτορα, καὶ ὡς οὐδὲν ἀνόσιον πράττουσιν ἀλλ' ἢ πρωῒθεν ἐξεγειρόμενοι τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσιν ἴσα θεῷ, μόνον δ' εἰδώλοις θύειν οὐ πείθονται, θεσπίσαι μὴ ἐκζητεῖσθαι τοὺς κεκλημένους ἐκ τοῦ Χριστοῦ, ἐμπεσόντας δέ γε κολάζεσθαι· καὶ οὕτως γενέσθαι τὸν διωγμὸν μετριώτερον. τότε καὶ ὁ θεοφόρος Ἰγνάτιος, δεύτερος τῆς κατὰ Κοίλην Συρίαν Ἀντιοχείας τυγχάνων ἀρχιερεύς, συλληφθεὶς εἰς Ῥώμην ἐπέμφθη δέσμιος, ἔνθα θηρίοις παραδοθεὶς διήνυσε τὸ μαρτύριον. καὶ μετ' αὐτὸν τὴν ἱεραρχίαν διεδέξατο Ἥρως. τῷ τρίτῳ δ' ἔτει τῆς αὐταρχίας Τραϊανοῦ Κλήμεντος ἐκλελοιπότος, ὃς τρίτος ἦν ἐν Ῥώμῃ ἀρχιε-
P I 588 ρεὺς καὶ ἔτεσιν ἐννέα τὴν ἐκκλησίαν ἴθυνε τῶν πιστῶν, τέταρτος ἀντεισήχθη Εὐάρεστος· ὃς ὄγδοον ἀρχιερατεύσας ἐνιαυτὸν μετέθετο τὴν ζωήν, ὑπ' Ἀλεξάνδρου διαδεχθεὶς πέμπτου γεγονότος τῆς Ῥωμαίων ἀρχιερέως. καὶ ὁ τῆς Ἀλεξανδρείων κατὰ τρίτην τάξιν ἐπίσκοπος γεγονὼς Κέρδων μεταστὰς τῶν ἐνθένδε διάδοχον ἔσχηκε Πρῖμον.

23. Ἄπαιδος δὲ Τραϊανοῦ τελευτήσαντος Καίσαρά τε καὶ αὐτοκράτορα τὸν Ἀδριανὸν ἥ τε τοῦ Τραϊανοῦ σύζυγος Πλωτίνα

1 καὶ om A. 2 τότε] τόπους C. 3 Εὐσέβιος] Hist. eccles. 3 33. 8 θεοφόρος] μέγας A. 9 Ἀντιοχείας om A. 11 θηρίοις παραδοθεὶς] θηριομαχήσας A. τὴν ἱεραρχίαν] τὸν ἱεράρχην A. 17 τῆς prius A, τῶν PW. 19 ἔσχε A.

Fontes. *Cap.* 23. *Dionis Historiae Romanae lib.* 69 *c.* 1 — *c.* 15.

post eum Iustus ex circumcisione tertius Hierosolymorum pontifex est delectus. alios quoque multos tum pluribus in locis martyrium obiisse refert Eusebius. deinde imperatorem cognita eorum qui occiderentur multitudine, qui nihil impium agerent nisi quod matutino tempore Christum pro deo celebrarent et tantum simulacris immolare recusarent, edixisse ne inquirerentur Christiani, sed oblati punirentur: ita persecutionem factam esse mitiorem. tum etiam S. Ignatius alter Antiochiae Coelesyriae pontifex vinctus Romam missus est; ubi cum bestiis decertando martyrium absolvit. ei successit Heros in pontificatu. tertio anno imperii Traiani, Clemente tertio Romano pontifice defuncto, post ecclesiam fidelium novem annis gubernatam, quartus in eius locum suffectus est Evarestus: qui annis octo sacerdotio functus decessit Alexandro successore, qui Romanorum quintus fuit pontifex. Alexandrinus quoque episcopus ordine tertius Cerdo hac vita relicta Primum habuit successorem.

23. Traiano sine liberis defuncto Hadrianum Plotina Traiani

ἐξ ἐρωτικῆς φιλίας καὶ ὁ Τατιανὸς ἐπίτροπος αὐτοῦ γεγονὼς ἀπέδειξαν, ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας διάγοντα ἐπεὶ καὶ ἦρχεν αὐτῆς, B προσγενῆ τε ὄντα Τραϊανοῦ καὶ συνοικοῦντα ἐκείνου ἀδελφιδῇ. ἦν δ' οὗτος υἱὸς Ἄφρου Ἀδριανοῦ, φιλόλογος ἀνήρ, ὃς καὶ ποιήματά τινα πεζά τε καὶ ἐν ἔπεσι καταλέλοιπεν· ἀπλήστως δέ γε πρὸς φιλοτιμίαν ἔχων πάντα τε ἐπετήδευε καὶ ηὔχει μηδὲν ἀγνοεῖν. ὅθεν καὶ τῶν ἔν τισιν εὐδοκιμούντων καθεῖλε συχνοὺς καὶ οὐ μείους ἀπώλεσεν, ἵν' αὐτὸς κρατεῖν ἐν πᾶσι δοκῇ. ἐκακίζετο μὲν οὖν διά τε ταῦτα καὶ τὸ πάνυ ἀκριβὲς καὶ τὸ περίεργον καὶ πολύτροπον, ἀνελάμβανε δὲ ταῦτα καὶ ἐθεράπευε τό τε προνοητι- C κὸν αὐτοῦ καὶ ἡ ἐπιμέλεια καὶ τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἡ δεξιότης, καὶ τὸ μήτ' ἄρξαι πολέμου καὶ τοὺς ἠργμένους καταπαῦσαι, καὶ ὅτι οὐδενὸς ἀδίκως ἀφείλετο χρήματα, ἀλλὰ καὶ πολλοῖς παρέσχετο μάλιστα αὐθορμήτως καὶ μηδ' αἰτούμενος, καὶ πόλεσι συμμαχίσι τε καὶ ὑποφόροις πάσαις ὡς εἰπεῖν ἐπεκούρησε, ταῖς μὲν ὕδωρ καταγαγών, ταῖς δὲ λιμένας οἰκοδομήσας, ταῖς δὲ σῖτον καὶ ἔργα καὶ χρήματα καὶ τιμὰς δούς. τῷ τε δήμῳ τῶν Ῥωμαίων οὐ θωπευτικῶς ἀλλ' ἐμβριθῶς προσεφέρετο· καί ποτέ τι D αἰτοῦντι θρασύτερον οὐκ ἔνειμεν, ἀλλ' εἰπεῖν ἐκέλευσε τῷ κήρυκι "σιωπήσατε"· ὡς δ' οὐδὲν εἰπόντος ἐκείνου, τὴν χεῖρα δὲ ἀνατείναντος, ἐσιώπησαν, οὐ μόνον κατὰ τοῦ κήρυκος οὐκ ἐξώργιστο ὡς μὴ πεποιηκότος τὸ κελευσθέν, ἀλλὰ καὶ τιμῆς τὸν ἄνδρα

1 Ἀττιανὸς Xiphilinus. 6 ἐπετήδευε ABCW, ἐπετήδευσε P. 15 συμμαχίσι ABC, συμμάχουσί P, συμμάχοισί W. 17 διδούς A Xiphilinus. 19 ἐνέμεινεν B. 20 δὲ om A.

coniunx ex amorum illecebris et Tatianus eius procurator Caesarem et imperatorem designarunt, Antiochiae Syriae, cui praeerat, tum agentem, et Traianum affinitate contingentem illiusque e fratre nepti tum matrimonio iunctum. fuit ille filius Afri Hadriani, vir admodum eruditus: libros et versu et soluta oratione conscriptos reliquit: caeterum tam immensae ambitionis, ut omnia affectaret seque nihil ignorare profiteretur. itaque multos aliqua arte celebres dignitate privavit, multos perdidit, ut ipse in omnibus excellere videretur. quare in eo nimia subtilitas, curiositas et morum varietas reprehendebantur. sed haec vitia providentia, diligentia, magnificentia et dexteritas ingenii pensabant. ad haec nullum bellum incipiebat, coepta sedabat; opes nemini per iniuriam eripiebat, sed potius multis ultro praesertim non rogatus donabat. urbibus omnibus sive sociis sive vectigalibus opem ferebat, aliis aqua introducenda, aliis portubus exstruendis, aliis frumento operibus pecunia honoribus dandis. adversus populum Romanum non submisse sed pro auctoritate se gerebat. cui aliquid aliquando audacius postulanti non cessit, sed praeconem edicere iussit "tacete." qui cum nihil locutus extenta tantum manu silentium fecisset, non modo non succensuit homini, quasi dicto minus audiens fuisset, sed et honorem habuit, quod id effecisset quod voluerat,

ἠξίωσεν ὅτι ὃ ἦν αὐτῷ βουλόμενον ἤνυσε, μὴ ἐκφήνας τὸ τραχὺ
W II 203 τοῦ κελεύσματος. οὐ γὰρ ἠγανάκτει εἴ τι καὶ παρὰ γνώμην αὐ-
τοῦ πρός τινος ἐγίνετο, τὸ δ᾽ ἀφώρα πρὸς τὴν αὐτοῦ λυσιτέλειαν.
παριόντος δ᾽ αὐτοῦ ποτε γυνή τις ἐδέετο, καὶ εἰπόντος ὡς "οὐ
σχολάζω", ἀνέκραξεν ἡ γυνή "καὶ μὴ βασίλευε." ὁ δὲ αὐτίκα
P I 589 τε ἐπεστράφη καὶ προσέσχε τῇ δεομένῃ. καὶ πάντα δὲ τὰ μεγάλα
καὶ ἀναγκαῖα οὐκ ἰδίᾳ ἀλλὰ μετὰ τῶν βουλευτῶν ἔπραττε, καὶ
μετὰ τῶν πρώτων ἐδίκαζεν ἀπὸ βήματος, ὥστε δημοσιεύεσθαι τὰ
γινόμενα, καὶ τοῖς ὑπάτοις συνδικάζουσι παρεγίνετο· ἀεί τε περὶ
αὐτὸν τοὺς ἀρίστους εἶχε καὶ μετὰ τῶν πρώτων καὶ τῶν ἀρίστων
συνεδείπνει, καὶ ἦν αὐτῷ πλῆρες λόγων παντοδαπῶν τὸ συσσί-
τιον· τούς τε πάνυ νοσοῦντας τῶν φίλων ἐπεσκέπτετο, καὶ συν-
διῃτᾶτο τῶν συνήθων τοῖς ἑορτάζουσιν.

Ἐπεὶ δ᾽ ἐς τὴν Ῥώμην ἧκε, χρεοκοπίαν ἐκήρυξε τοῖς ὀφλουσι
τῷ βασιλικῷ ταμείῳ καὶ τῷ δημοσίῳ τῷ τῶν Ῥωμαίων. εἶτα εἰς
ἄλλην ἐξ ἄλλης φοιτῶν ἐπαρχίαν, καὶ τὰς χώρας ἐπεσκέπτετο καὶ
B τὰς πόλεις, καὶ μετεσκεύαζεν ἕκαστον πρὸς τὸ βέλτιον. καὶ οὐ
τὰ κοινὰ τῶν στρατοπέδων μόνον ἐφώρα δι᾽ ἑαυτοῦ καὶ ἐξήταζε,
ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ καθ᾽ ἕκαστον. καὶ ὅσους πρὸς τὸ ἁβρότερον
εὕρισκεν ἐκδεδιῃτημένους, πρὸς τὸ στρατιωτικώτερον μετῆγε καὶ
μετερρύθμιζε, καὶ πρὸς παντοίαν μάχην τοὺς στρατιώτας ἐγύμναζε

3 ἀφώρα ABC, ἀφεώρα PW. τὴν add A. 6 ἐπεστράφη A Xiphilinus, ἐστράφη PW. δὲ add A. 7 καὶ μετὰ — 10 εἶχε om C. 10 μετὰ τῶν πρώτων καὶ τῶν ἀρίστων συνεδείπνει ABC, τοῖς ἀρίστοις συνδείπνει PW: Xiphilinus μετὰ πάντων τῶν πρώτων καὶ ἀρίστων ἐδείπνει. 14 τοῖς ὀφλουσι om C. 18 μόνον hoc loco A, post ἐξήταζε PW. 19 τὰ om A. 21 μετερρύθμιζε A, μετερύθμιζε PW. καὶ πρὸς παντοίαν μάχην τοὺς στρατιώτας ἐγύμναζε add A cum Xiphilino.

dissimulata imperii asperitate. neque enim aegre ferebat si quid ab aliquo contra suam sententiam fiebat, modo ad utilitatem suam spectaret. praeteriens aliquando cum mulieri interpellanti sibi non esse otium dixisset, atque illa exclamaret "ergo imperare noli", statim conversus eam audivit. omnes res magnas et necessarias non privato consilio sed senatoribus adhibitis egit. cum primoribus ius pro tribunali dixit, ut acta publicarentur. consulibus in concilio affuit. semper optimates apud se habuit et cum principibus atque optimis concenavit. convivia eius plena erant sermonum omnis generis. amicos graviter aegrotantes invisebat, familiarium suorum festivitatibus interesse solebat.

Romam ubi venit, quicquid fisco imperatorio et aerario Romano debebatur, abolevit. provincias et urbes invisit, et omnia in melius provexit. non exercitus duntaxat sed etiam singulorum militum negotia per se lustrabat atque excutiebat; et quos ad mollitiem declinasse videbat, eos ad militarem frugalitatem reducebat; et ad omne genus pugnae

καὶ ἐδίδασκεν ἅπερ ἔδει ποιεῖν. καὶ τοὺς μὲν ἐτίμα, τοὺς δὲ ἐνουθέτει, καὶ διῃτᾶτο σκληρότερον, ἵν᾽ ὁρῴη τὸ στρατιωτικὸν αὐτόν, καὶ οὕτω διαιτᾶσθαι κἀκεῖνο ἐθίζοιτο. ἐντεῦθεν τοὺς στρατιώτας τοιούτους ἐποίησεν ὡς καὶ ἱπποτῶν ἴλην σύν γε τοῖς ὅπλοις τὸν Ἴστρον εὐμαρῶς διανήξασθαι, καὶ τοὺς βαρβάρους ταῦθ᾽ ὁρῶντας ἐκπλήττεσθαι, ὥστε καὶ χρᾶσθαι διαλλακτῇ τούτῳ τῷ αὐτοκράτορι ἐφ᾽ οἷς ἀλλήλοις ἐκπεπολέμωντο. ἐσπούδαζε δὲ καὶ περὶ θήρας, ὡς ἐν ταύταις καί τινά οἱ μέλη κατεαγῆναι· C καὶ ἐν Μυσίᾳ πόλιν ᾤκισεν Ἀδριανοῦ θήρας καλέσας αὐτήν. εἰς Αἴγυπτον δὲ ἀπιὼν καὶ τῷ τάφῳ Πομπηΐου Μάγνου διεφθαρμένῳ περιτυχών, καὶ ἐνήγισε τῷ κειμένῳ καὶ τοῦτ᾽ εἶπε τὸ ἔπος

τῷ ναοῖς βρίθοντι πόση σπάνις ἔπλετο τύμβου

καὶ τὸ μνῆμα ἀνῳκοδόμησεν.

Ἐν δὲ Παλαιστίνῃ πόλιν οἰκοδομήσας ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης Ἱερουσαλήμ, Αἰλίαν Καπιτωλίναν ὠνόμασε· καὶ ἔνθα πρώην ὁ τοῦ θεοῦ νεὼς ἵδρυτο, τῷ Διὶ τέμενος ἀνθιδρύσατο ἕτερον. Ἰουδαῖοι δὲ μὴ φέροντες τῆς σφῶν παραπολαύοντας μητροπόλεως D ἄλλους ὁρᾶν (Ἕλληνες γὰρ ἐν αὐτῇ κατῳκίσθησαν) μηδὲ ξενικοὺς τιμᾶσθαι θεοὺς ἐν αὐτῇ ἀνεχόμενοι, ἕως μὲν Ἀδριανὸς παρά τε τῇ Αἰγύπτῳ καὶ τῇ Συρίᾳ διέτριβεν, ἠρέμουν διευλαβούμενοι, ἐπεὶ δ᾽ ἐκεῖθεν ἀπῆλθε, τά τε τῆς χώρας ἐπίκαιρα κατελάμβανον ἵν᾽ ἔχοιεν αὐτὰ ὁρμητήρια, καὶ πολλὰ τοὺς Ῥωμαίους ἐκάκωσαν

3 τοιούτους τοὺς στρατιώτας A. 7 post ἀλλήλοις A add ἴσως. 11 καὶ prius et τῷ κειμένῳ add AC. ἐνήγισε AB, ἐνήγγισε C, ἐνήγησε PW. 19 τιμωμένους A. ἐν αὐτῇ A Xiphilinus, ἐκεῖ PW.

milites exercebat et quid agendum esset edocebat. alios honorabat, alios castigabat. asperius et ipse vivebat, ut suo exemplo milites ad eandem victus rationem assuefaceret. eo pacto milites tales effecit, ut turma equitum Istrum in armis facile tranaret. quo spectaculo attoniti barbari ei arbitrium deferebant controversiarum ob quas bella inter se gerebant. fuit etiam venationi deditus: in qua membra aliquot fregit: et in Mysia urbem condidit quam Hadriani venationes appellavit. cum in Aegypto Pompeii Magni sepulcrum collapsum vidisset, defuncto ut heroi immolavit, et hoc versu pronuntiato

paene caret tumulo cui tot modo templa fuerunt

monumentum instauravit.

Urbem in Palaestina pro eversis Hierosolymis conditam Aeliam Capitolinam nominavit; et quo in loco dei templum olim fuerat, eo in loco post Iovis delubrum condidit. Iudaei vero cum suam metropolim a Graecis alienigenis incoli et peregrinos in ea deos coli ferre non possent, dum Hadrianus circa Aegyptum et Syriam versabatur, metu quiescebant: sed cum inde discessisset, opportunis regionis locis occupatis quo se in tutum reciperent, multa Romanis detrimenta et clam et

[redacted]

λάθρα τε καὶ ἀναφανδόν, τῶν τε ἁπανταχοῦ γῆς Ἰουδαίων συνιόντων ἐκεῖ, καὶ πολλῶν ἀλλοφύλων ἔρωτι κέρδους συνεπικουρούντων αὐτοῖς. ὁ μέντοι Ἀδριανὸς τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν στρα-
